Fr
Agricola
de
SS Reliq

Amadu

gate per questo

53. 5. 46.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

53. 5. 46.

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
36
14 B
16
FONDO EBORENSE

I

36.14.B.16

Mon pod

Collegii Bon. cath. inscrip.

TRACTATVS ORTHODOXVS,

DE SANCTORVM SS. RELIQVIIS:

IN QVO EX S. VTRIVSQVE TEſtamenti Scriptura, & grauiſsimis probatiſſimisq́ orthodoxorum purioris & primęuæ Eccleſiæ Patrum teſtimonijs, & vnanimi cōſenſu, ſolidè, ſuccinctè, & luculenter, confutatis aduerſariorum argumētis, demonſtratur: Sanctorum germanas Reliquias reuerēter & honorificè aſſeruare, deuotè itidem & religiosè viſitare, colere. & venerari, verbo Dei conſentiens; Deo gratū; æquum eſſe, iuſtum, & ſalutare; atq; adeo ab Exordio Apoſtolicæ Eccleſiæ, per omnes annorum centurias, apud pios, in vniuerſo Chriſtianiſmo, vſitatiſsimum laudatiſsimumq́ fuiſſe:

Cum Indice:

IN HONOREM QVIDEM OMnium SS. Reliquiarum: nominatim vero illarū, quas Aquenſes pia induſtria D. Caroli Magni poſſident, recèns conſcriptus & in lucem editus: per Franciſcum Agricolam Parochum Eccleſiæ Rodingenſis in Ducatu Iuliacenſi.

COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
cIↄ. Iↄ. LXXXI.
Cum Gratia & Priuileg. Cæſ. Maieſt.

36 14 B 16

VERE GENEROSIS NOBILIBVS ATQVE EXIMIIS VV. DD.

Henrico Vlatteno Præpoſito, & Franciſco Voſsio Decano Eccleſiæ maioris apud Aquenſes, digniſsimis atque fideliſsimis, nec non vniuerſo eiuſdem ſummæ Aedis Collegio, vt magnifico ita & ſacerrimo: & demùm ad vnum omnibus Eccleſiaſticis viris oppidi Aquiſgranenſis, DD. atque Confratribus ſuis in Chriſto plurimùm & ex animo obſeruandis, velle atque poſſe ibidem cuſtodire Chriſtianam Religionem, & per illam omnem felicitatē, & hic & in futuro, optat Franciſcus Agricola Paſtor pro tempore in Rodingen.

MAGNA *eſt huius ſæculi iniquitas, viri Patres ac Fratres, magna miſeria, ingens calamitas, triſtiſſima facies. Quoquo te vertas, aut hæreſes peſtilētes, aut impietates ſummæ, quarum hæreſes plerunque feraciſſimum eſſe ſolent ſeminarium, inualuere. Si quis ſuperiorum ætatum annales diligentius euoluat, comperiet ſanè, nullam vnquam ab exordio Chriſtianiſmi extitiſſe hæreſim tam profliga-*

tam, quæ non reuiuiſcat & denuò in Eccleſiam Dei irrepat; nullum fuiſſe ſcelus tam atrox, quod non incrudeſcat rurſus, & caput extollat ſuum. Adeò verum eſt, quod habet prouerbium: Nulla calamitas ſola: nullum malum prodit, quod non habeat aliquid vicini mali, & infinita incommoda atq; incõueniẽtia trahat ſecum. Semper quidẽ diabolus, maximo quo flagrat odio, ſicut Chriſtũ, ita & Chriſti corpus, quod eſt Eccleſia Catholica Romana, ab initio, quib. potuit modis accerrimè inſectatus eſt: nullo ſæculo quieuit quin aut hæreſi eam obruere, aut varij generis ſceleribus defœdare planè conſpurcareq;, licet fruſtra, ſit molitus: Attamen quod hactenus non potuit ſceleribus & hæreſibus, quæ ſeſe mutuò gignunt, efficere ſingulis, in oppugnanda Ciuitate, hoc eſt Eccleſia Dei viuentis; illud hoc noſtro exulceratiſſimo æuo, ex omnibus omnium ſcelerum iniquitatibus & hæreſibus vno veluti impietatis & hæreſeôn agmine atq; impetu facto, violenter obtinere ſatagit & aggreditur, idq; eo inſtantius & maiore cum ſtudio, quo nouit ſibi temporis, in Electos Dei graſſandi, & conceptum virus furoremq;, quibus in eos æſtuat, exercendi, ſupereſſe minus. Qui hæc oculis non videt, nec corde percipit, aut porro reipſa non experitur, næ illum pietate frigidum, aut vel communi ſenſu priuatũ eſſe, aut porrò in impietate & perfidia hæreticorum occalluiſſe oporteat.

Enim.

Enimuerò vltra cētum quinquaginta Sectas diſſectas, ſub ſpecioſo, attamen ementito, Euangelij prætextu hodie in Chriſtianiſmo, prô pudor, ſigillatim atq; adeò nominatim demōſtrare liceat, quæ ex damnatorum iam olim hæreticorum prophanis cineribus, pro magna parte, veluti iteratò excreuere; quibus tamen omnibus, quantumlibet, vt ſolent ſemper, inter ſeſe vatiniano & implacabili diſſideant odio, diabolus vtitur ad priſcam & Catholicam Romanam Fidem ſubuertendam: Veruntamen nullius olim vigentis at ſopitæ hæreſeos, genium & mores ita ad viuū in noſtris Sectarijs rediſſe atq; adeo reuixiſſe videmus, ſicuti ter impijſſimi illius & omnibus modis peſtilentiſſimi, profligatiſſimiq; hæreſiarchæ Arrij, & eorum, qui ab ipſo vna cū perfidia & impietate, nomen quoq; traxere, Arrianorū. Non libet nec integrum eſt, quin & nimis longū foret, ſingula recenſere, quæ habēt noſtri hæretici cū illis cōmunia: facere tamen non poſſum, quin quædam ſaltem in medium proferam, ex quorum collatione pij & ſynceri Catholici, intelligant, quam non ſit à vero alienum quod dico; quamq; ſemper ſimilis eſſe pergat, & quomodo etiam in dies deterior ſeipſo in ſuis iſtis fidelib. miniſtris & prodromis fieri porro incipiat, omnium hæreticorū caput, inſtigator, & anteſignanus diabolus.

Arriani ingentem & ſpecioſum ex ſacra ſcriptura coaceruabāt teſtimoniorū cumulū: adeo vt

vltra quadraginta loca ex Verbo Dei aut mutilè citato, aut impiè deprauato, proferrent, quibus viuum & æternum Dei verbum, Deum inquam Filium, Deo Patri & Spiritui Sancto per omnia coæqualem, atque adeò Deum ipſum, in eſſentia vnum, in perſonis vero trinum, hoc eſt, Trinitatem ter ſacratiſſimam impiè & ſacrilegè negabant. Hæretici etiam noſtri, Scripturis Scripturam, atq; adeo Eccleſiam ipſam, ſine cuius auctoritate nec haberent Scripturam, impugnant: & nihil crepant quidem, niſi Verbum Domini, Verbum, inquam, Domini manet in æternum: cùm tamen reuera aliud nihil in votis habeant, aliud nihil moliantur etiã, niſi Verbũ Dei verũ verè & genuine intellectũ obruere; nihil quærãt Simplicioribus incautiorib. perſuaſum reddere aliud, quam Verbum Dei, quod in æternum manere iactitãt, iamdudum periiſſe, multisq; annorum centuriis extinctum fuiſſe prorſus & profligatum vbilibet. Caſtrant & reſecant Scripturas, pro ſua qua feruntur quidlibet audendi nefanda libidine, quæ ipſorum votis & conatibus non ſeruiunt, aut porro obſiſtunt & reclamant etiam: quas nobis adhuc relinquunt reliquas, & repudiare non audent, ſi quicquam in illis fidei auitæ ſuffragari, aut nouitiæ repugnare appareat, tamdiu vertunt, inuertunt, augent, imminuunt, corrumpunt, adulterant, donec obtorto veluti collo in ſuam trahant ſententiam, vt velit

nolit

nolit, ipſorum perfidiam tegere vel ſpecie tenus; Catholicam verò & germanam fidem inceſſere & veluti ex compoſito coarguere labefactareq́ videatur.

Arriani, quando animaduertebãt proſperos ſeſe ſucceſſus habere; ſicuti plerunq́ zizania vltro & citiſſimè creſcunt; & cùm in impietate tùm in numeroſitate quotidie augeſcere & incrementa acquirere, petebant ſibi quoque inter Catholicos, maximè in vrbibus, publicas concedi Baſilicas: nec petebant ſolùm, ſed freti adiutiq́ auctoritate & Magiſtratuum, imo & Imperatorum quorundam (quos ſæcularibus, aut alijs negotijs occupatos, aut in diuinis Scripturis parum aut nihil exercitatos, ſuis quoque, qua pollebãt vafricie, præ omnibus & ſingulariter ſatagebant ineſcare impijs & ſacrilegis, attamẽ ſpecioſis & Euangelij titulo obumbratis dogmatibus) vrgebant etiam, & veluti ſuo iure imperando poſcebant, extorquebantq́, quò poſſent liberũ habere ſuæ doctrinæ & publicum, vt vocant, Exercitium: hoc interim ſolerter & induſtriè præſeferentes, quod Catholicis nihilominus priſtinam ſuam Religionem liberam & ſartam tectam atq́ adeo inuiolatam vellent relinquere: cũ tamen nihilminus, id quod euentus paſſim & exitus longè funeſtiſſimus edocuit, animum induxiſſent ſuum. Nam cum contraria in eodem, vt ait Philoſophus, ſeſe non patiantur ſubiecto: &

nulla ſit cõuentio Chriſti cum Belial, nec luci cũ tenebris quiq; ſeſe ſemel à corpore Chriſti, quæ eſt Eccleſia, ſegregarunt, & vnitatis teſſeram infregerunt, nunquam quærunt, volunt aut poſsũt aliud, quàm diſpergere, omnia turbare, vniuerſa confundere, cœlum terræ permiſcere: ſimultates, diſcordias, ſeditiones, bella ciêre: pacem aut nunquam ſyncerè & ſeriò inire, aut initam perfidè violare: pios & pietatem profligare; donec & locum & regnum & ius omne quidlibet fingendi & refingendi, & quicquid tandem libido ſuadet, aut perfidia dictat, ſibi aſſeruerint & vendicarint ſolis: fieri non poteſt, vt diu Catholicos, quorũ ſana doctrina & vitæ ſynceritas Nouatorum hæreſim & perfidiam potenter plerũq; vltro confundit, perſtringit atq; adeo cõficit etiã, ſecum in pace compatiãtur hæretici. ſed & hic verificatur, quod dicebat Poëta: Omniſq; poteſtas impatiens conſortis erit. Illud nõ ignorabat, oculatus non ſolum ſed & expertus teſtis, ſanctus ille & verè Epiſcopus Ambroſius: qui tamen, cùm & in vrbe et Epiſcopatu ſuo ſimiliter armatis licet precibus efflagitarent Arriani Baſilicã, ſic eorum vafris & impijs conatibus, quantumuis Imperatorem haberent ſibi patrocinantem, atq; imperioſè etiam ac iure quaſi ſuo pro Arrianis inſtantem, ſeſe veluti murum firmiſſimum audacter, & conſtanter vitam prius quam Baſilicam illis tradere paratus oppoſuit: ita vt plané

nè repulſam ſint perpeſſi, nihilq́; ipſorum iniquis
votis & ſacrilegis poſtulationibus fuerit in tra-
dendo Templo conceſſum. Qua ſua laudatiſſima,
& in Sacerdotẽ Dei verè neceſſaria conſtantia,
& aduerſarios repreſſit, multosq́; ex ijs, quod
magis admiratione dignum eſt, ſibi quoq; deuin-
xit, & Eccleſiæ rurſum lucratus fuit, atque apud
omnes pios ſummam & æternam laudem compa
rauit; ſimulq́; vniuerſis verè & ſyncerè Catho-
licis Principibus & Magiſtratibus, maximè
verò ſingulis & ad vnũ omnibus Epiſcopis, Præ
ſulibus, Archipresbyteris, & penes quoſcunque
Eccleſiæ verſantur gubernacula, illuſtre ſimilis
Zeli & conſtantiæ reliquit exemplum: cõmonens
etiam & ipſo facto commonſtrans, quàm nihil ſit
hæreticis, (qui permittendo ſemper vt audacio-
res & petaciores, ita & præfractiores, teſte euen-
tu, deterioresq́; euadunt: diabolus enim, cuius ſpi-
ritu agitantur largiendo nunquam fiet melior,
neq; indulgendo ſed reſiſtendo profligatur:) conce
dendum, quod ipſorum perfidiã alere, aut quicq̃
vel in minimo Eccleſiæ Catholicæ autoritatẽ la-
befactare, aut auitæ & orthodoxæ fidei aduerſari
aut euidẽs aliqđ detrimẽtũ accerſere poſſe videa-
tur. Qua de re cõſulant, q̄ volẽt, & maximè quo
rũ intereſt, q̄buſq; ſimilia aut obueniũt, aut porro
vſuuenire quãdoq; (diabolꝰ ſiquidẽ nõ q̄eſcit) poſ
ſe exiſtimãtur, cõſulãt inq̃ S. illũ Amb. li. 5. Epi-
ſtolarũ. Epi. 33. et Orat. habita ad populũ, q̃ ibidẽ

proximè præcedit; & inuenient non ſolum quod oblectabit & cōfirmabit animum maximè, ſed etiam, quod libere & meritò atq; adeò ſaluberrimè, ne dicam neceſſariò, ſequantur.

Noſtri etenim hæretici & hic quoq; Arianos, Patres illos ſuos, per omnia referentes, ſimiliter inter Catholicos; vbi in conuenticulis ſuis populi nimis creduli, & ad nouitia, maximè quæ carni abblandiuntur propenſiſſimi, animos prius dementatos ſibi deuinxere; Eccleſias ſibi ſeu publica Templa concedi vehementer ſolicitant: & cùm plerunque in oppidis celebrioribus, tres illæ capitales, Martiniſtarum videlicet, Caluiniſtarum, & Anabaptiſtarum Sectæ, inuicem tamē diſſectæ, confluant, non vnam ſolum Baſilicam, ſed plures & diuerſas (nam inter ſeſe, licet vnū reſtaurati Euangelij & Religionis reformatæ titulum profiteantur & præſeferant, omnino & hoſtiliter planè diſſentiunt: vnde merito ipſorum vertiginoſum & mendacij ſpiritum, veluti ex vnguibus leonem, cognoſcere debebant iſti, qui tam cito in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, ſeſe transferri, & à quouis vento doctrinæ, ſicut fluctuantes paruuli, circumferri patiuntur; illisq; ſuam fidem & ſalutem committunt tam temerè, quibus inter ſeſe tam malè in fide conuenit, imò nunquam conueniet; quiq; cum tempore in ſingulos propemodum annos fidem quoque & religionem ſuam permutant; homi-

nes plerunque leues, vagi, & diſſoluti, nulla nec pietate, nec ſicut par erat, & inſtauratores reformatoresq́; Euangelij decebat, miraculis conſpicui.) diuerſas, inquam, baſilicas ſibi tradi poſtulant: & ſi precibus, quas fingunt, ſupplicibus non obtinent, vulgi à ſe corrupti & faſcinati furijs excitato intentatoq́; quo ſingulariter propendēt, tumultu, velint nolint extorquere, atq; violenter etiam inuadere aggrediuntur.

Arriani in illis locis vbi rerum potiebantur & voti fiebant compotes, ſuperioresq́; euadebant, ſtatim neglecta, imò violata, quam pepigerant & ſanctè promiſerant, auitæ Religionis libertate & ſecuritate, Catholicos Sacerdotes primò, deinde & quoſcunq;, qui nolebant in ipſorũ deſcendere, catholica fide abiurata, perfidiam, non ſolùm officijs & bonis exuebant, ſed & vrbe & patria, multis cladibus & contumelijs affectos, exigebant, & in tetrum miſerrimumq́; relegabant exilium: Eccleſias Catholicas ſacrilegè & pluſquam turcicè prophanabant: SS. Altaria diruebant & demoliebantur funditus: Sacra, ac diuina myſteria, ter ſanctiſſima, inquã, Sacramenta Eccleſiæ contemerabant & proſcribebant impiè; ita vt non minus tunc quàm modò, luctuoſiſſima fuerit & calamitoſiſſima Eccleſiæ facies: quando, vt verbis S. Ambroſij, oratione in Auxentium Arrianum lib. 5. Epiſtolarũ, vtar, omnia plena gemitus erant atq; lachrymarum:

rum: quando per Eccleſias iubebantur eijci Sacerdotes Catholici, reſiſtẽtes gladio feriri, curiales omnes, niſi mandatum impleuerint proſcribi. Qui hæc plenius & penitius cognoſcere deſiderat, conſulere non grauetur Euſebium lib.10.hiſt. Eccleſiaſt. Et cum primis præter B. Ambroſium citatis in locis, Sanctum Victorem Epiſcopum Vticenſem, potiſſimum lib. 2. & 3. de perſecutione Vandalorum: vbi Arrianorum in Catholicos tyrannidem, truculentiam, & pluſquam barbaricam rabiem commemorãs, noſtrorum pſeudoeuangelicorum efferatam malitiam quaſi in tabula penicillo depinxit, aut porrò veluti in ſpeculo cõiectandam contemplandamq́; quia plerunq; hæreſes ſeſe mutuo æmulari, imò & ſæpenumero in malitia vincere & antecellere ſolent, propoſuit.

Neq; enim & hic Nouatores noſtri à maioribus iſtis ſuis quicquam degeneraſſe videri volũt. Nam & ipſi, quando p ſimulatũ prætextũ, imò etiam iuramentum Catholicæ Religionis liberũ conceſſum & relictum iri exercitiũ, animos ſimplicium & vrbes Eccleſiasq; Catholicorũ in ſuã pellexere poteſtatẽ, deditionemq́; veteratoriè pertraxere, Arrianum illum genium, rerum ac votorũ compotes facti, in Clerum Populumq; orthodoxũ, maiore multò cum perfidia & atrocitate immaniore exercent, nullã vt illis aut pacẽ aut requiẽ, nedũ priſtinæ fidei liberã facultatẽ concedãt, faciãtue reliquã, donec, ſi nõ aliquo iuſto & legi-

legitimo, quē habere non poſſunt religionis ergò, ſaltē ementito culpæ aut demeriti vmbraculo, & vrbe & Eccleſijs, & facultatibus deniq;, ne dicā vita, exuant & expellāt ſuis. De his nullus relinquitur ambigēdi locus, quū exēpla & viciniora ſint & recētiora quā velimus: nec libet, imò horret animus ea proſequi vlterius, q̄ toti mundo teſtatiſſima decātatiſſimaq;, adeoq; indigna et atrocia ſunt, vt nemo illa ſatis explicare, nemo pro dignitate vel aīo queat cōcipere: Ita vt ſummè mirū, imò maxima, miſeratione ne dicā an indignatione dignū ſit, plures iſtiuſmodi aliorū triſtiſſimis caſibus & exēplis cautiores nō reddi neq; circūſpectiores: ſed adhuc inueniri homines, qui ſunt aut haberi volunt, aut porrò eſſe deberent prudētis & perſpicacis ingenij, quibus tamen nihilominus cor adhuc ſalit, aures pruriunt, & geſtit animus ſimilib. periculis & irreperabilib. malis, ſeſe ſuosq; vltro exponere; & ſub falſa ſpe aut liberæ aut reformatæ religiōis, verā, auitā et Catholicā fidē, p̄ter quā nulla alia eſt legitima fides, q̄ ſaluare queat, vna cū amabiliſſima pace, et infinitis cōmodis, q̄bus cū illa & ꝑ illā fruiti, ditati, & dilatati etiā ſunt hactenus, perfidè nō minus quā turpiter prodere; & cū certiſſima, nō animæ modo pernicie: (quam pleriq; parui æſtimant, omnes tamen exhorreſcere & ante omnia intentiſſimo ſtudio cauere deberent) ſed & honoris & fortunarum, ciuium etiam & totius Patriæ, & omnium de-

ni-

nique bonorum iactura, internecione certiſſima, & funeſtiſſimo caſu, infauſtè commutare; tandemque in horribile perpetuæ damnationis barathrum, haud dubiè inuoluere & dare præcipites.

Denique Arriani, vt cætera omnia, quibus his cum illis conuenit, gemens & ſilens prætercam, & ad id quod tractandum ſuſcepimus argumentum, deſcendam propius, cùm ipſi circa fidem reprobi, corruptæ eſſent mentis, homines planè prophani & perditi, cum ſolida pietate nihil habentes commune, nulla pietatis memoria, nulla aut viui aut defuncti miraculorum virtute conſpicui, ferre æquis animis nec ſine inuidia tolerare prorſus poterant ſplendorem ſanctitatis Eccleſiæ Catholicæ, & multitudinem ac magnitudinem miraculorum, quæ miſericors Deus eo quoque tempore, quo Eccleſia maioribus indigebat præſidijs, per Martyres Confeſſoresq; Catholicos, poſt mortem, in Catholicæ Romanæ fidei cõfirmationem, nec non in honorem & perpetuam Memoriam ſuorum Sanctorum, qui in Catholica priſcaq; fide permanſiſſent fideliter & finaliter ſtabiles, dignanter & mirabiliter operabatur, atque adeo toti propemodùm faciebat innoteſcere orbi terrarum: ideoque omnes intendebant neruos, vt aut Sanctos, iſtiuſmodi miraculis poſt obitum coruſcantes & illuſtres, ſuæ, Arrianæ dico, perfidiæ dum viuerent fuiſſe, populo per-

perſuaderent ſimplici: aut porrò quando illud nō poſſent, neque fraus illa & impoſtura ſuccedebat, omnem ipſorum memoriam, cultum & honorem obliterare, prophanare, conuicijs inceſſere; & cumprimis ſacras eorundem Reliquias, & ea quæ per illas diuinitus edebantur miracula, aut negare, aut eleuare atq; in dubium vocare, aut non niſi à Catholicis compoſita & conficta, ideoq; falſa eſſe, pertinaciter aſſeuerare, quæ erant excæcati inuidia, nihil verebātur: id quod non ætate ſolùm, ſed & in Eccleſia quoque B. Ambroſij factitatum ab ipſis eſſe, ipſemet queritur, & ſolidis, inuictisq; rationibus confutat, ſacerrimus Antiſtites, Epiſtola 3. & Sermone 91.

Nonne hic idem ſpiritus, & quidem duplicatus, reuixit in noſtris illis aut nouis Arrianis aut certè nouo Arrianiſmo, hoc eſt, atheiſmo, (nam Arriani ipſummet Deum negant, quando SS. Trinitatem tollunt: ideoq; noui Arriani in Polonia, vt Reuerendiſſimus ille teſtatur Hoſius, iactant ſeſe non culmen ſolùm & tectum Eccleſiæ demoliri, ſicut facere Lutherus cum ſuo infauſto genimine cœpit ſtrennuè, ſed ipſum fundamentum ſubruere velle prorſus, & funditus euertere) viam gnauiter adornantibus? nonne et hi Diuis Catholicis bellum intentant atrociſſimum, eis aut ſuæ perfidiæ labem aſpergendo, & velint nolint nouitiam illam & Euangelicam, ſcilicet, fidem affingendo, ſi quoquo queant prætextu:

xtu: aut porrò, ſi hoc non poſſint, ſicut certè nunquam in æternum poterunt, cœlo exturbatos, tartaro adiudicando; honore & cultu Sanctis debito eoſdem priuando; & ne Reliquias quidem ipſas, hoc eſt Sanctorum corpora & ſacerrimas Exuuias, ſine calumniæ & conuiciorum aſpergine, intactas relinquendo? Quantas quotidie audire cogimur quas in Diuos Catholicos effundunt blaſphemias? quantis dicterijs & ſcommatis ſacratiſſimas Reliquias inſectantur? illarum piam & religioſam ſemperq́; in Eccleſia Apoſtolica ſumma cum laude & deuotione celebratiſſimam viſitationem, cultum, & venerationem, quàm indignis imò inauditis modis, ſummaq́; qua poſſunt acerbitate, & neſcio cuius non idololatriæ, ſuperſtitionis, & multò atrociſſimi ſceleris incuſatione grauant atque propalàm condemnant? Miracula verò quæ apud Memorias & Reliquias Diuorum omnipotens, miſericors & mirabilis Deus, non quidem omnibus, ſed multis, & non niſi certis in locis, vel operantibus, vel cooperantibus, vel certè exorantibus Sanctis, eorundemq́; intercedentibus meritis, ad potentiæ ſuæ declarationem, ad honorem & gloriam cohæredum ſuorum, ad ſubſidium & ſolatium Eccleſiæ ſuæ, & fidei Catholicæ propagationem con firmationemq́; ad confutationem verò atque etiam cõfuſionem hoſtiũ et perfidiæ omnium quotquot Eccleſiæ Dei impiè aduerſantur, aut ab ea

ſacrilegè & perfidè ſemetipſos ſegregrarunt, reuera, attamen modo nobis occulto, fieri procurat, quomodo excipiant & pertractent, non facile eſt dicendo perſequi. Non enim (ſentientes nimirum quantum illa Catholicæ fidei luminis, ſuorum vero hæreſi tenebrarum offundant) inficiantur ſolùm fieri, ſi poſſunt, aut falſa eſſe & compoſita aſſerunt, ſi negare commodè non poſſunt, ſicut faciebant Arriani: ſed & quæ Deus ipſemet, aut merito, aut miniſterio Sanctorum, experientibus, confitentibus, imò & conquerentibus impijs dæmonibus, operatur miracula, ipſimet diabolo: proh execrabilem & vltimo ſupplicio plectendã blaſphemiam: diabolo, inquam capiti Principiq́; ſuo, hoſti vero Dei Diuorumq́; infenſiſſimo, abſterſo omni pudore, perfricta fronte, corde obdurato, & ore impuriſſimo, audacter & propalã, non vocibus ſolum & verbis, ſed & editis ſcriptis tribuere & tranſcribere nihil extimeſcunt: quod ita expreſsè non faciebant Arriani, quantumuis profligatæ quoq; eſſent, ſicut ſolent hæretici ad vnum omnes, & conclamatæ conſcientiæ.

Heu priſca fides! Heu miſeros nos & infeliciſſimos, qui tam exulcerato & corrupto ſæculo ſupereſſe, & iſta audire; & non ſolùm viuis omnem perſecutionis crudelitatem intentari, ſed nec Diuis, nec ipſimet Deo, ter ſummo, optimo, maximo parci, videre, audire, & experiri cogimur.

mur. Magna voce in cœlum olim à Iuda Machabæo ſicuti legitur 1. Mach 3. & ab vniuerſis filijs Iſrahel, quãdo ſacrilegus ille & impijſſimus Antiochus Templum Hieroſolymitanum prophanabat, & violenta manu depopulabatur, exclamatũ eſt ad Deum; SanCta t Va ConC VLCata ſVnt & ContaMInata. Quanto verius & iuſtius nos ſimiliter multo editiore voce exclamaremus, quando & noſtro æuo eadem quæ tũc in figura potius quam veritate contigerint, multis modis atrocius facta ſunt & adhuc indies ſine fine fieri conſpciamus: maximè cum & ille Annus, videlicet 1566 quo hæc Eccleſiaſtica Tragœdia & funeſtiſſima Theomachia ab inſanis iſtis & perditiſſimis hominibus in Belgio exarſa fuit, per verborum illorum literas, quibus numerus ſignificatur, tam apertè, fors non ſine diuina diſpenſatione atq; etiam veluti præſagio, exprimatur?

Sed quid ego de hæreticorum inſano furore, ad SS. Reliquias & earundem euidentiſſima miracula quod attinet, queror? cùm & eò, proh pudor, deuentum iam ſit, vt multi quoq; Catholici, non Laici duntaxat & rudiores, ſed & Sacerdotes nõ pauci, partim Sectariorum ſpecioſis quidem ſed reuera futilibus & diabolicis argumentis, aut potius ſycophantijs decepti: partim propria ignorantia, aut porrò natiua in Deo Diuiſque colendis ſocordia, & deuotionis pietatiſq;

pe-

neglectu, Reliquias quoque ipſas (quas tamen Deus ſingulari dignatione, in exemplum, ſubſidium, conſolationem atq; etiam confirmationem noſtri, inſtar precioſiſſimi theſauri, atque ceu præſtantiſſimas lucidiſſimaſque Margaritas donauit) parui faciant, imò contemnant, imò rideant & ſannis proſequantur: & quod immanius atque intolerabilius eſt, alios quoque, qui piè erga illas & deuotè, idque meritò, ſicut fecere ſemper omnes verè fideles Chriſtiani, affecti ſunt ab illarum religioſa viſitatione, cultu & veneratione, retrahere atque alienare, & non raro etiam tanquam neſcio qua idolomania & ſuperſtitione, deterrere & violenter abarcere tàm priuatim quàm publicè non verecundentur?

Sanè, ſi iſti, quid nobis Scriptura ſacra de Diuorum Reliquijs teſtatur; quanti Deus ipſuſmet illas ſemper fecerit; & quantopere ſemper omnes Eccleſiæ Proceres eas celebrarint, viſitarint, & viſitandas eſſe, ſedulò ſuos edocuerint, inueſtigare, & ſecum, quanto par eſt iudicio, perpendere dignarentur, non ſolum eò impietatis & impudentiæ non ruerent, vt vel ſacras Reliquias earumq; compertiſſima & diuina miracula riderent, vel ipſas Reliquias Religionis ergò ſanctè & deuotè viſitantes, ita petulanter, indignè, & procaciter inceſſerent:

 ſed

ſed & ipſimet, eaſdem magna non minus admiratione quàm laude proſequerentur, & diligenter quoque illas ſummaq́; cum deuotione & feruore, etiamſi non egerent temporalibus, ſaltem vt ſpiritualium, quæ Deus, per Sanctorum Reliquias haud dubiè ſecundum accedentium fidem, diſpenſat largiter, participes fierent beneficiorum, viſitare ſatagerent. Ars non habet aduerſariũ, niſi ignorantem, vt habet prouerbium. Sic non inſectantur Reliquias ſacras, niſi illi, qui ipſarũ vim & energiam, quam diuinitùs habent, & quæ ex earum deuota viſitatione in pios fideles deriuantur commoda, non intelligunt: aut porrò; quia vel odio in Diuos Catholicos, vel tædio ſanctimoniæ flagrant; intelligere non volunt neq; laborant.

Vt igitur non tantum Hæreticorum cæca in Sanctos retundatur inuidia, & cõfundatur impietas; ſed & quorundã Sacerdotum ſemihæreticorũ, aut ad hæreſim defecturientiũ corrigatur ignorantia: Catholicorum porrò omnium, ſi frigeant, excitetur, ſi ferueant erga Sanctos religione, foueatur, augmentetur, confirmeturq́; deuotio: collegi quædam, cùm ex S. vtriuſq; Teſtamẽti Scriptura, tùm ex SS. Patrum Eccleſiaſticorum monumentis, quæ ad Reliquias earumque germanũ cultum ſpectare potiſſimũ videbantur; atq; viginti Quæſtionibus, q̃ potui breuiſſimè planiſſimeq́; digeſſi: bonam in ſpem veniens, multos

adhuc

adhuc emolumenti quicquam, ſi volunt, & alienis affectibus non ſint aut praeuenti aut dementati, inde poſſe, quod ipſos in pietate iuuet aut excitet, haurire. Enimuerò, vt quod res eſt, ingenuè, citra tamen iactantiam, fateor, tametſi pia deuotione in Sanctos eorumq; ſacras Reliquias, diuina gratia, cui quoque ſoli acceptum fero, quicquid in me à peccato alienum, cum pietate verò coniunctum fuerit, praeditus fuerim hactenus: tamen multo maiore ipſemet in eas flagrare cœpi amore & deuotione, quando hunc Tractatum colligere, & praeter Diuinam Scripturam, SS. Patrum quoque non monumenta duntaxat & documenta, ſed & pientiſſima exempla preſſius intueri & penſiculatius cœpi mecum conſiderare.

Hunc verò, pro SS. Reliquarum diuino, pio, & Eccleſiaſtico cultu, qualemcunque Tractatum Apologeticum, & veluti ſacrum, hinc Scripturae diuinae, illinc autem SS. Eccleſiae Patrum calculo & exemplo inſtructum, ac veluti cataphractum Hyperaſpiſten, in honorem quidem Dei, & Diuorum cœlitum; inſtructionem vero ſimplicium & verè Catholicorum; ſub nomine veſtro, veſtriq; celeberrimi Collegij, ampliſſimi, honoratiſſimi, multisq; nominibus merito celebratiſſimi viri, in lucem exire volui: non temerè quidem aut caſu, ſed multis ſanè, quae me verò impulerunt, grauiſſimisq; de cauſis.

Quibusnā obſecro, iuſtius hāc meā ꝑ Honore & Veneratiōe SS. Reliquiarū, Sāctorū cū Chriſto regnātiū, lucubratiunculā, Patronis, q omnino recepto more q̄rendi erāt, debuiſſē dedicare potiſſimū, q̄ illi [illegible] non ſolū ſuis cum Collegis, viris & doctis & pijs (vt nihil de nataliū nobilitate ſeu dignitate atq; eminētia cōmemorē) ſingulari in Sāctos Sāctorūq; Reliqas feruent deuotione; ſed et eo loci atq; in tali oppido agūt nō minus fideliſſimos quā meritiſſimos Prælatos ac velut Antiſtites, in quo haud vulgares, neq; recētes, non ſuſpectæ neq; ſuppoſitiæ, ſed principales, inſigniores, antiqſſimæ, certiſſimæ, ꝓbatiſſimæq;, ac multis irrefragabilib. teſtimonijs authēticæ, quin & copioſiſſimæ Reliquiæ, à multis annorum cēturijs (maximè verò ab eo tempore, quo diuinus ille & Sanctus Carolus verè Magnus, imò inclytæ Germaniæ non tam Imperator Auguſtus, quam ſacerrimus etiam veluti Apóſtolus, vrbem veſtrām celeberrimā, non ſolum Imperialis coronæ ac diadematis priuilegio, ſed in primis ſacratiſſimarum Reliquiarum perquā auguſto, incōparabili, atq; adeo cœleſti Theſauro, ex ſingulari in eam amore veluti dotare, exornare, ſacrare, et cōmunire etiā flagrauit) religioſiſſimè hactenꝰ fideliſſimeq; aſſeruantur; ſtatiſq; annis ſumma et religioſiſſima cū veneratione oſtendūtur ſolēniter: & maxima cū deuotione, fructuq; tā corporali quā ſpirituali, à pijs Chriſtianis, etiā ex remotiſſimis mūdi plagis eò certatim & indefeſſo feruentiſſimoq; religionis

Zelo cõcurrẽtib. viſitãtur ac viſuntur fidelibus?
O celebrẽ, ô ter felicẽ huius vel ſolius theſauri ergò veſtrã Ciuitatẽ! ab aquis freq̃ẽtib. & feruentib. haud temerè dictã Aquiſgranũ. Laudent illã, q̃ volẽt, ab antiq̃tate, à titulo imperiali, à populorũ frequẽtia, à thermis toti orbi notiſſimis, à Senatu, vt ordine ita & prudẽtia hactenus ornatiſſimo, à Templorũ copia, & cũprimis ſummæ Aedis, q̃ D. Virgini ſacra eſt, admirabili magnificẽtia, à Collegiorũ dignitate & varietate, & à q̃buſcũq; q̃ ſanè multa & magna ſunt, celebrari et extolli põt mereturq́; At pij illã ob hoc ſingulariter & potiſſimũ, nõ minus admiratione, q̃ celebratione et memoria ꝑpetua dignã exiſtimãt, q̃d hucuſq; vnà cũ fide illa Apoſtolica et Catholica q̃ diuinitꝰ miniſterio et pia induſtria S. Caroli intimè cõfirmatã hauſit (quã tamẽ iã circũforanei q̃dã, logodædali et maleferiati hoĩes, diſſectas inter ſeſe ſectas introducentes, turbare ꝑfidè moliũtur) vna etiã ſacerrimã illã et incõparabilẽ Gazam, fontes illos cœleſtes, aquas ſalutis, & Margaritas omnib. quas mũdus miratur, diuitijs ꝑcellẽtiorẽ, ſacroſanctas illas inq̃, auguſtas & diuerſas Chriſti, Deiparæ Virginis, S. Ioãnis Baptiſtæ, S. Stephani, S. Catharinæ, & cæteras quas enumerare longũ foret, Reliquias; quibus idem ille diuinus & in Sanctorũ album meritiſſimè relatus Impetor ſtudioſiſſimè diligentiſsimeq́ conquæſitis, Ciuitatẽ veſtrã, qua erat in illã pietate, exornatã,

illuſtratam et cõmunitam voluit. Neq; eum ſpes illa ſacerrima fruſtrauit. Quis .n. neſcit Aquiſgranum ob magnum illum & reuera maximum pientiſſimumq; Carolum, & quas ille ſanctiſſimo zelo & regia munificentia fauoreq; vobis ex diuino diuorumq; theſauro contulit diuitias, in toto Chriſtiano orbe non ſolùm nominari, & honorificentiſſimè celebrari; verùmetiam ex vniuerſis penè totius Mundi, quam latè ſeſe Chriſtiana diffudit religio, partibus, Religionis & Reliquiarum ergo, incredibili fidei ardore & deuotiſſimè frequentari? Quis quoque in dubium vocet, Communitatem veſtram ob tanti theſauri meritum, aduerſus varios incurſus diaboli, quibus illam cùm in facultate & fortuna, tùm in Religione adorſus eſt, à Deo Opt. maximo hactenus tutatam & defenſam fuiſſe: & deinceps porrò, niſi vltroneus à fide Catholica defectus, aut deuotionis erga tanta beneficia Dei tepiditas, aut porrò peccatorum aliqua enormitas, quod abſit, obſtaculum ponat, & vindictam exigat, defenſum & vindicatum iri?

Præterea, tametſi in honorem & patrocinium omnium, quæcunque in Eccleſia Catholica extant, Reliquiarum ſanctarum, hunc laborem ſucciſiuis & ſubſecundariis horis, per Dei gratiam, exantlauerim: tamen nominatim & potiſſimum eò me inuitauit atque adeo extimulauit, vt veritatem ingenuè fatear, veſtrarum

Re-

Reliquiarum ſacra illa & ſeptennalis hoc anno Milleſimo, Quingenteſimo, Octuageſimo reuoluta & celebrata feſtiuitas; qua illas publicè ſolenniterq́; à vobis oſtendi, & à pijs quibuſcunque vndiquaque eò confluentibus, religioſè & deuotè viſitari contemplariq́;, antiquiſſimus & pientiſſimus mos obtinuit. Ductus enim amore SS. Reliquiarum, & ſtudio iuuandæ, pro meo modulo, Eccleſiaſticæ veritatis, cùm nihil dubitarem hanc ſolennitatem & viſitationem SS. Reliquiarum, canina mordacitate à Sectarijs & Nouatoribus iſtis impetitum iri: hoc qualicunque antidoto ipſorum virulentis afflatibus, conuicijs, & criminationibus, in ſolatium & inſtructionem piorum & ſimplicium Catholicorum, qui meliora non habent, ſuccurrendum, ipſorumq́; auitæ & laudabili pietati atque deuotioni patrocinandum exiſtimaui: Hæc quū ita ſint, non videbam quibus potiore iure hunc fœtum dedicarem, quam illis qui Sacerdotes Dei & veluti Speculatores ſacros fideliter agunt in illo loco, vbi tam precioſus theſaurus & cœleſtis Gaza, hæreditaria veluti & imperatoria in ſede, tanquam diuinum quoddam depoſitum, religioſiſſimè aſſeruatur.

Deniq́;, quandoquidē & ego, quod bona venia & abſq́; omni iactantia dixerim accēſus, adhortationibus & exemplis SS. Patrum primæuæ & purioris Eccleſiæ, ad veſtram vrbem Religi-

onis & Reliquiarum ergò, hoc anno ſuſcepi peregrinationem: (quam diabolus, intentato mihi per ſuos emiſſarios ac libertinos Euangelicos, non leui pꝛiculo et itineris diſcrimine: à quo miſericors Deus Reliquiarũ SS. beneficio, vt accipio, & cũ gratiarũ actione corã vniuerſo mundo profiteor, me tamẽ dignanter liberauit; plurimis & manifeſtè hæreticorum & ſimulatè Catholicorum ſannis calũnijsq́; publicè expoſuit) & ex illarũ contemplatione, & quarundã etiã deſiderata contrectatione, nõ modicũ diuini gaudij & voluptatis, imò etiã fructus ſpũalis, laus Deo, cõſecutus ſum: æquiſſimũ duxi, hac dedicatiõe vtcũq́; efficere, vt cum erga vos, quorũ miniſterio SS Reliquias cõtuẽdi cõtrectãdiq́; ꝑ bona parte, facta fuit mihi facultas: tũ verò maximè, ꝓ tãto beneficio, ſic. n. æſtimo, erga ipſaſmet S. Reliquias, extaret gratulationis piæ gratitudinisq́; qualecũq́; teſtimoniũ.

Vt nihil dicã, quanta cũ humanitate, me nũq̃ antea viſum, imò et nihil tale meritũ, T. D. Reuerẽde Domine Decane, et exceperit & tractauerit. Cuius beneuolẽtiæ beneficẽtiæq́; ergò, me illi plurimũ ac in ꝑpetuũ eſſe deuinctũ grato ſemꝑ pectore recordabor. Deceret quidẽ idcirco tuos nõ ſolũ nobiles & illuſtres natales, ſed & verè nobiles eximiaſq́; virtutes, nec non indefeſſos quos in tuenda fide Catholica aduerſus logodædalos quoſdã, & pacis turbatores, etiã publicis cõcionibus, ſummo cũ fructu, imo et admiratione ac ſtupore quoq́; multorũ, vltro & feliciter exantlas la

bores, quib. veræ pietatis exēpla ſtudioſè cōiūgis, hoc loci, in gratiarū actione & gratulationē veſtræ Eccleſiæ q̄ tali ac tanto decorata eſt Decano, celebrare: ſed quia iſtud paucis fieri nec poſſet nec deberet; et p̄terea etiā quādā aſſentationē, à qua te alieniſſimū eſſe nihil ambigo, p̄ſeferre videtur: & præfationis huius, plus ſatis alioquin prolixæ, limites excederet quoq;: malui in aliam occaſionem differre, aut alijs potius maiore cum dexteritate faciendum, committere.

Supereſt igitur, Viri ampliſſimi, digniſſimi, piētiſſimiq;, ſimul ac Domini mei in Chriſto obſeruādiſſimi, vt hos meos quātuloſcūq; cū ad laudē et patrociniū oīm, tū verò maximè et ſingulariter veſtrarū Reliquiarū ſanctarū, deſudatos, et ſi non ꝑ oīa pro dignitate, qđ à me fieri nō potuit, ſaltē nō ſine Catholica pietate, exantlatos, veſtris aūt DD. meritiſsimis rationib. dedicatos, & inſtar gratulatorij honorarij humiliter oblatos p̄ſentatosq; labores, non tamū pro veſtro cādore, & in Deū Diuosq; flagrantiſſimo amore, boni conſulatis: ſed æquis animis & ambabus, quod aiunt, vlnis amplexemini quoq;: meq; vna cum fœtu, veſtro ſemꝑ fauore & beneuolentia, addo etiam patrocinio precibusq; diuinis, proſequamini.

Deū opt. max. viciſſim obnixiſſimè, indeſinenter atq; ex animo rogo, q tali tamq; ineſtimabili Reliquiarum depoſito vos decorauit, vt itidem vos in Catholica fide ſarta tecta ſeruāda tuēdaq; vna cum Ciuibus veſtris & Senatu ampliſſimo,

conſtantes & perſeuerantes, vſque ad finem, miſericorditer conſeruet; nec non in vita ſanctimonia bonisq́ operibus ita reddat illuſtres & conſpicuos, vt obſtruatis ora impudentium hominum: & aduerſarij veſtri, qui non ſolum fidei & ſaluti, ſed & facultatibus & fortunis honoriq́ veſtro inuident & inſidiantur famelici, aut conuertantur, aut porrò confundantur & extimeſcant, nihil habentes mali dicere de vobis: eorundemque inſipientia & diſſenſione inter ſemetipſos, atq́ impijs conatibus, quos in vrbem & Eccleſiam veſtram machinantur, manifeſtatis omnibus & ſingulis, nihil porrò proficiant amplius: ſicut certè non proficient in Electis & verè fidelibus Chriſti ouibus, quæ alienorum vocem nec audiunt nec ſequuntur, ſed fugiũt, ab ouili Chriſti, hoc eſt, Eccleſia Catholica Romana, nè tranſuerſum quidem vnguem ſeſe ſegregantes: largiatur inquam, vt tempeſtiuè arceantur abiganturq́ vulpes iſtæ inter ſeſe diſſentientes maximè: quæ Vineam Dei Zabaoth apud vos incendere & deuaſtare parant: & Sathanas, infatuatis diſſipatisq́ omnibus impijs illis & ſacrilegis ſuis conſilijs, quibus veſtram ampliſſimam & Chriſtianiſſimam hactenus Communionem, ſublata atq́ exterminata Catholica, quæ ſola & vna ſaluare poteſt, fide, turbulentis motibus inuoluere, & tandem inter ſeſe variè diſſectam diuerſisq́ hæreſibus irretitam, priſtina illa pietatis & ſyncere

ceræ

ceræ Religionis gloria & prærogatiua, ac demùm omni ſalutis ſpe orbatam, in extremam certiſſimamq; non ſolùm fortunarum, ſed & animarũ perniciem præcipitare molitur; citò ac potenter ſub pedibus veſtris conteratur: per Ieſum Chriſtum recuperatorem & Saluatorem omnium, maximè fidelium: cui in Sanctis ſuis, ſit omnis honor, laus, & gratiarum actio, in ſempiterna ſecula, Amen. Rodingiæ ex Muſæo noſtro, ipſis Nonis Octob. Anno ſalutis 1580.

Veſter ad omnia in
Chriſto paratiſsimus

Franciſcus Agricola.

INDEX GENERALIS QVAEſtionum huius Tractatus.

I. *Quæ dicantur Sanctorum Reliquiæ.* 1

II. *An liceat SS. Reliquias honorificè aſſeruare.* 2

III. *An fas ſit Reliquias Sanctorum adorare ſeu venerari.* 4

IIII. *Oſculari eaſdem num ſit licitum.* 5

V. *Genua flectere, caput aperire, aut cereos ante SS. Reliquias accẽdere, num fidei & pietati ſit conſentaneum.* 5

VI. *An SS. Reliquiæ ad ſanctitatẽ aut ſanitatẽ tùm animæ tũ corporis conducant.* 8

VII. *An ex S. ſcriptura probari poſſit, vlla vnq̃ per SS. Reliquias edita eſſe miracula.* 9

VIII. *An ipſæmet Reliquiæ miracula edãt.* 11

IX. *Cur Deus per SS. Reliquias atq; etiã ſæpenumero apud Sanctorum duntaxat Memorias, tanta miracula operetur.* 14

X. *Quid cauſæ ſit, quod Deus nõ apud quorũlibet Sanctorũ Reliquias aut Memorias edat miracula: ſed cum delectu, non niſi per quaſdã Reliquias, & certis ac deſtinatis in locis, certas ac diuerſas virtutes exerceat.* 17

XI. *An pium ſit, Sanctorum Reliquias aut Memorias religioſè frequẽtare: & illarũ ergò, peregrinationẽ cum carnis afflictiõe ſuſcipere: & quomodo peregrinationes legitimè debeant abſolui: cõtra eos q̃ illas irreligioſè cõficiũt.* 22

XII. *An licitum & pium ſit, ſeſe ad iſtiuſmodi pere-*

Peregrinationes voto obſtringere: & Sanctis ſanitatis ergò vota nuncupare. 33

XIII. An iſtiuſmodi vota ad SS. Reliquias, ſint neceſſariò perſoluenda an vero poſſint ſalua cõſcientia negligi. 36

XIIII. An ille mos, SS. Reliquias & Memorias Diuorum, peregrinationis ergò viſere, priſcus quoq; ſit, & in primitiua Eccleſia receptus, & ab Eccleſiæ Primoribus approbatus. 39

XV. Quid Eccleſia Chriſti, & Sãcti probatiq; Eccleſiæ Patres & Doctores de veneratione, cultu, & viſitatione SS. Reliquiarum iudicauerint, & docuerint ſuos. 70

XVI. Quẽ fructũ cõſequamur ex deuota viſitatione & religioſa veneratiõe SS. Reliqarũ. 118

XVII. Cur Hæretici plerunq; oẽs, SS. Reliqis earundemq; religioſo cultui, tam ſint illiberaliter infenſi: eaſq; vbiq; tam ſacrilegè ore & manu prophanent. 133

XVIII. Quantum ſcelus ſit, SS. Diuorum Reliquias dedecore aſpergere, cõuicijs inceſſere, aut porrò violenta manu hoſtiliter inſectari. 138

XIX. Argumẽta atq; obiectiones Theomachorũ aduerſus SS. Reliquias, & earundẽ religioſum antiquiſſimũm pientiſſimumq; cultum: cum ſolida & luculenta confutatione. 143

XX. Quid toto capite octauo lib. 22. de Ciuit. Dei, D. Auguſtinus, de SS. Reliquiarum Miraculis certiſſimis teſtetur. 193

Epilogus ex D. Chryſoſtomo. 218.

TRACTATVS ORTHODOXVS, DE SACROSANCTIS CHRISTI SANCTORVMQVE, MAGNIfaciendis, piè viſitandis, & Religioſè colendis reliquijs: ex diuinæ fontibus ſcripturæ, & vnanimi Sanctorum Patrum, conſenſu, atque adeò totius Eccleſiæ Catholicæ, ſacerrimo iudicio, decreto, & authoritate deſumptus: & in certas quæſtiones diſtributus.

Prima quæſtio.

Quæ dicuntur Reliquiæ Sanctorum?

℞.

SAnctorum reliquias in Eccleſia Catholica nuncupare conſueuimus, potiſsimum Sanctorum corpora, oſſa, cineres, item & veſtimenta, atq; ſimilia, quæ nobis, animabus in cœlum excitis, præter ſanctarum virtutum fragrantiſsimum odorem, hic in terris, Sancti Dei homines reliquerunt.

II.

Licétne Sanctorum iſtiuſmodi Reliquias honeſtè & religioſè aſſeruare?

Licet procul dubio, & pium eſt; idq́; iuſtiſsimis de cauſis.

I. Quia corpora Sanctorum Chriſti amariſsima morte, chariſsimo certè precio, redempta, & precioſiſsimo ſanguine abluta & ſanctificata fuere.

II. Quia eadem corpora mẽbra ſunt Chriſti: ſicut ſcriptum eſt: Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? 1. Cor. 6. Imò, domus & templum Spiritus ſancti, atq; adeo totius ſummæ & indiuiduæ Trinitatis: quia ſcriptũ eſt. 1. Cor. 6. An neſcitis quoniá mẽbra veſtra templũ ſunt Spiritꝰ ſancti, qui in vobis eſt, quẽ habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis precio magno. Itẽ. 1. Cor. 3. Neſcitis quia Templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Templũ enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos? Et iterum. 2. Cor. 6. Vos enim eſtis Templũ Dei viui.

III. Quia etiam fuerunt organa & inſtrumenta ſacratiſsima, per quæ Spiritus ſanctus tam admirabilem ſanctitatem, & pientiſsimas virtutes ad mortem vſq;, cooperátibus Sanctis, exercuit.

IIII. Quia ipſamet Corpora vna cum vniuerſis membris & ſubſtantialibus, in die nouiſ-

uiſsimo,integrè & totaliter à Deo reſuſcitanda,cum anima vnienda,& immortalitate,atque adeo ineffabili æternæ beatitudinis gaudio dotanda,& diuinæ naturæ perpetuo cõſortio nobilitanda erunt.

V. Si Sanctorum Imagines & trophęa,honeſtè & decenter aſſeruare, (vt nemo pius dubitat,& nos in Tractatu de Sanctorum Imaginibus ſolidis S. Scripturæ teſtimonijs & euidenti ratione oſtendimus) chriſtianũ eſt; cur non itidem & multò honorificentius ipſiſsima Sanctorum Corpora & ſacroſancta pignora,reſeruanda eſſe,ſuadebit pietas,dictabit religio?

VI. Si cũ pietate coniunctũ eſt, Sanctorũ effigies,deuotè cuſtodire, cur non etiam & eorundẽ ſacras veſtes, & quicquid ab ipſis vſurpatũ,& proculdubio ipſo vſu & attactu ſacri corporis ſanctificatũ fuit, in honorẽ & amorem Sanctorum,magnifacere, & honeſto loco cuſtodire,pietati fuerit cõſentaneũ?

VII. Si omnium ſanctorum ſacra pignora, cur non magis Sacratiſsimæ Deiparæ,&multo maximè Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quaſcunq; certò cognoſcere aut habere poſſumus ſacras reliquias,ſtudiosè conquiſitas, religiosè itidem &inſtar ſummi & precioſiſſimi theſauri gratanter, & quam poſſumus deuotiſsimè aſſeruabimus?

III.

Licitúmne eſt etiam, Sanctorum Reliquias adorare, ſeu venerari?

Si adorare intelligas, ſicut accipitur Deuter. 6. Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis: nimirum, pro cultu & honore diuino, qui ſoli Deo debetur, nequaquam licitũ erit Sanctorum reliquias aut vllam creaturam adorare: ſi vero, adorare, pro venerari, & reuerentiam, maximè externo corporis geſtu, exhibere, non tanquam Deo, ſed propter Deum, accipias: ſicuti ſæpius in diuinis ſcripturis vſurpatur: vt videre eſt, Gene. 18. 19. 27. 33. 37. 49. Iud. 7. 1. Reg. 20. 25. 2. Reg. 9. 4. Reg. 2. 1. Par. 21. 29. tali ſenſu vtiq; fas eſt ſicut ipſoſmet Sanctos, ipſorumque S. Iconas, ita & Sanctorum Reliquias, puta, corpora, cineres, oſſa, veſtimenta, &c. adorare, hoc eſt piè & religiosè, propter cauſas, præcedenti reſponſione enumeratas, venerari & in ſummo & maximo precio habere. Si enim magnus ille & ſanctus Patriarcha Iacob à S. Paulo commendatur, quod ex fide Virgam Ioſephi filij ſui adorauit. Heb. 11. ecquur laudabile non eſſet, imò multò iuſtius ſacroſanctum illud & viuificum lignum crucis, in quo Chriſtus pependit, & omnes humanæ ſalutis hoſtes deuicit ac triumphauit. quod-

quodque precioſiſsimo ſuo inæſtimabili ſanguine ſuo decorauit & corpore ter ſanctiſſimo ſáctificauit; item, & ſacratiſſimæ Virginis Matris veſtes, reliquorumque Sáctorũ aut ſancta corpora, aut ſacra veſtimenta, ſimili ex fide adorare, & deuotiſsimo geſtu, affectu in eos, quorum ſunt reliquiæ, relato, colere & venerari?

IIII.

Fas eſt quoque ſacras Reliquias deuotè oſculari?

Oſculo ſancto oſculari Sanctos adhuc mortales & peccatores ſacra permittit & hortatur ſcriptura non ſemel. Roman. 16. 1. Cor. 16. 2. Corin. 13. 1. Theſſ. 5. cur non etiam corpora & Reliquias verè Sanctorum, qui cum Chriſto regnent, quique finaliter ab omni peccato expurgati, & Templa Spiritus ſancti permáſere? Oſculari licet Amici manum, item & literas, &c. in ſignum amicitiæ, amoris, aut honoris: cur non etiam ſanctorum ſanctiſsima illa pignora, & Epiſtolam Spiritus ſancti & Dei viuentis?

V.

Genua flectere, caput aperire, aut cereos accendere ante SS. Reliquias; hoccine identidem licitum & pietati conſentaneum?

Flectimus genua,& caput aperimus ante hominem mortalem & à peccato non prorſus immunem, imò ſæpenumerò ſceleſtiſsimum & maximum peccatorem, ob id, quia ad Imaginem Dei factus eſt, aut etiam quia præterea officio aliquo aut dignitate præeminet, aut porrò aliam iuſtam ob cauſam. Cur non hoc ipſum potiore iure & cauſa iuſtiore faceremus ante Reliquias eorum, qui iam cum Chriſto regnant, & ipſius gloriæ atq; adeo diuinę naturæ facti ſunt conſortes & cum in corpore eſſent, per corpus quoq; Deum glorificauerunt?

Cæreos porrò ante Sanctorum Reliquias accendimus, non vt Sancti inde lumen capeſſant, qui illo non indigent,& diuino ac immortali lumine fruuntur in cœlis; ſed vt hoc pacto, publico veluti ſigno cum honore teſtemur & confiteamur, Sanctos illos dum hic viuerent fidei lumine illuſtratos fuiſſe,& ſanctiſsimis operibus nobis præluxiſſe in terris;& propterea iam ſicut ſtellas, imò inſtar Solis præfulgere in Eccleſia illa triumphante. Matt. 13. id quod non poteſt non eſſe pium, religioni & fidei chriſtianæ, ſi candidè accipiatur, conſentaneum maximè.

In ſumma. Quicquid à Catholicis & pijs chriſtianis ex fide & religioſa deuotione fit corporibus, oſsibus, aut veſtibus cum pieta-

te

te demortuorum; attamen Deo & cum Deo æternaliter & verè viuentium Sanctorum, id ipſiſmet Sanctis in ſolidum præſtatur. Qui Chriſtum honorificè ſepeliebant mortuum, non ipſius tantum corpori, ſed ipſimet Chriſto hunc honorem præſtitiſſe cenſentur. Ergo quicquid honoris, obſequij aut deuotionis deferimus Sanctorum ſacris Reliquijs, idipſum totum ipſiſmet Sanctis exhibemus; & veſtes ac corpora hactenus quatenus Sanctorum corpora ſunt, & organa atq, adeo Templa Spiritus S. fuerunt, in æternam quoq; ſuo tempore vna cum animabus beatitudinem, aſſumenda tali corporis geſtu, item & cæreis accenſis veneramur ac colimus; idq;, vt oſtendamus, tùm, quomodo erga Sanctos ipſos, quorum Reliquias tanto amore & honore complectimur, propter Deum affecti ſimus; tùm, vt hoc pacto ad eorum fidem ac veſtigia impigrè ſectanda inflammemur; tùm deniq; vt ſic virtutes ac miracula, quæ omnipotens & miſericors Deus, per Sanctorum iſtiuſmodi ſacras Reliquias, mirabiliter & veraciter operatur, ſpiritualia inquam & corporalia beneficia, conſequamur.

VI.

Súntne Sanctorum Reliquiæ, ad ſanctitatem vel ſanitatem, tum animæ tùm corporis efficaces?

Si vmbra S. Petri Actor.5. ſi ſemicinctia S. Pauli. Actor. 19. cum adhuc mortales & morti obnoxij erant, profuerunt quampluri mis ad corporis, & hauddubiè etiam animæ ſanitatem & profectum: nonne multo magis credi fas eſt, Petri & Pauli & aliorum itidem Sanctorum, quando iam ex huius vitæ ergaſtulo educti, cum Chriſto regnant in cœlis, non vmbras, aut ſudaria, ſed quæ his longè antecellunt, ipſamet Corpora, ſanctiſſima pignora, templa Dei, organa Spiritus ſancti, membra Chriſti, multo plura operari poſſe per Dei gratiam, maximè in illis, qui viua fide & ſyncera charitate, religioſaque deuotione illa viſitant, contingunt, venerantur? Atenim Deus non minus nunc quam tum faciebat, ad euidentiam gloriæ & potentiæ ſuæ; ad confirmationem doctrinæ & fidei, & beatæ ac perpetuæ ſalutis Sanctorum; ad commouendos & extimulandos nos etiamnum fragiles & mortales, quò eorundem tam magnificè à Deo, ob vitam piè ſancteque tranſactam honoratorum, veſtigia & fidem gnauiter, maſcule & indefeſſo pede

pede inſectemur, per Sanctorum ſuorum ſacras veſtes, & cum primis ſacroſancta Corpora, mirabilia ſua operari poteſt; & reuera, vti quotidiana, & meridiana luce illuſtrior, teſtatur & planè conuincit atque confirmat experientia, quamplurimis in locis operatur.

VII.

Poteſtne ex S. Scriptura probari, quod Sanctorum defunctorum Reliquiæ quicquam miraculi aut efficaciæ exercuerint?

Poteſt, & quidem apertiſsimè. Sic enim ſcriptum eſt, 4. Reg. 13. Mortuus eſt ergo Eliſæus, & ſepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno. Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt (non habita ſcilicet mora nouum ſepulchrum effodiendi) cadauer in ſepulchro Eliſæi. Quod cum tetigiſſet oſſa (nota) Eliſæi, reuixit homo: & ſtetit ſuper pedes ſuos. Audis hic, quod reliquiæ Prophetæ Eliſæi hominem mortuum, ſolo contactu, vitæ, etiam nullo expectante, imò ne cogitante quidem reſtituerint? De hoc eodem Propheta ex huius vitæ ergaſtulo translato, iterum alia ſcriptura teſtatur, quod & corpus ſuum mortuum prophe-

tauerit,& poſt mortẽ nõ hoc vnũ ſolum,ſed & multa mirabilia ſit operatum: ſic enim ſcriptum eſt, Eccleſ. 48. Mortuum prophetauit corpus eius: (loquitur de Eliſæo, ſuper quẽ duplex Eliæ ſpiritus requieuerat.) In vita ſua fecit monſtra, & in morte (hoc eſt poſt mortem) operatus eſt mirabilia. Præterea 4. Reg. 2. legimus, quod Reliquiæ Eliæ Prophetæ, Pallium nimirum, quando Eliſæus cũ eo Iordanem percuſsit, aquas Iordanis diuiſerit, & Eliſæo propatulum tranſgreſſum ſtrauerit.

I. Si igitur Reliquiæ Prophetarum veteris Teſtamenti, tanta miracula exercuerũt, cur non & Apoſtolorũ & Sanctorum in Nouo Teſtamento, qui illis longè præſtant, ſimilia & multo plura deſignare valebunt?

II. Si oſſa mortua, Reliquiæ inquam Prophetæ Eliſæi, ſub lege hominem mortuum excitare potuerunt; cur non & Reliquiæ Sãctorum tempore gratiæ, poſſent homini viuo ſanitatem, aut alia quæ ad ſalutem animæ & corporis ſpectant, conciliare?

III. Si Reliquiæ S. Prophetæ tantum miraculum exercuerunt, in illum qui mortuus erat, nulla accedente fide aut poſtulatione: quanto magis exiſtimabimus prodeſſe poſſe Sanctorum Noui Teſtamenti ſacroſanctas Reliquias, illis qui credunt, & viua fide, & de-

debita cum deuotione, quæ ad neceſsitatem aut corporis aut animæ pertinent, humiliter petunt? maxime cum non ſolum auditum percipiamus, ſed & quotidianis effectibus experiamur, infinita mirabilia per Sanctorum Reliquias ad noſtram conſolationem diuinitùs certis quidem ſed quam pluribus in locis, deſignari, adeò perſpicue & euidenter, vt impudens planè & ſacrilegus eſſe cogatur, qui illa negare aut diſsimulare conetur.

VIII.

Faciunt Reliquiæ ipſæ iſtiuſmodi miracula?

Non vmbra ipſius Petri, Actor. 5. non ſemicinctia D. Pauli, imò nec fimbria Chriſti. Matth. 9. 12. Marci 6. ſanabant ægrotos: ſed Deus ſanabat per illa veluti media & organa ſuæ diuinæ potentiæ. *Sic* SS. Apoſtoli, dum adhuc in carne obambularent excitabant mortuos. Actor. 9. & 20. ſanabant claudos. Actorum 3. & 14. & faciebant ſigna & prodigia magna in populo. Actor. 5. 6. non tamen, propriè & præcisè loquendo, Sancti per ſe aut ſuapta virtute, ſed per Dei gra tiam, imò Deus per ipſos illa omnia operabatur: ſicuti nomine omnium diſertè fatetur D. Petrus, quando claudum illum mendicum

cum ſanauerat. Actor.5. Viri Iſraelitæ, inquit, quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtrâ virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Patrum noſtrorum glorificauit Filium ſuum Ieſum, &c. Hinc Scriptura, explicans ſeſe, quomodo Apoſtoli fecerint ſigna & prodigia, dicit: Actor.19. Virtutesq; non modicas quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli: ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria, & ſemicinctia & recedebant ab ijs languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.

Ergo non ipſa corpora, oſſa, aut exuuiæ ſacræ, Reliquiæ inquam Sanctorum, per ſe & propria virtute aut poteſtate, ſed Deus per ipſa, tanquam inſtrumenta & media (nō quia ipſis indigeat, aut ſine ipſis non poſsit, ſed quia ſic illi viſum & beneplacitum, & nobis ad exædificationem & confirmationem fidei cæterarumque virtutum operæprecium eſt) operatur & efficit, quæcunque videmus, audimus, & experimur apud Reliquias aut memorias Sanctorum & cohæredum Dei, certò & indubitanter attamen & mirabiliter fieri. Nihilominus, iuxta analogiam & exemplum Scripturæ Sacræ, & verè & piè dici poteſt, Sanctorum Reliqui-

as ipſamet miracula edere: hactenus mirùm, hoc ſenſu, quia nimirum Sancti per ſuas Reliquias talia operantur per Dei gratiã; aut quod Deus per illas efficit illa, in ſaluté & ſolatium fidelium, cooperantibus aut exorantibus Sanctis illis, quorum ſunt Reliquiæ. Tali ſenſu veraciter de S. Stephano dicitur, quod plenus gratia & fortitudine faciebat (nota) ſigna & prodigia magna in plebe. Actor. 7. Tali ſenſu Chriſtus ipſemet teſtatus eſt, quod fideles in nomine ſuo dæmonia eiecturi, ſerpentes ſubmoturi, Marci 16. & eadem opera, quæ ipſemet fecerat, imò multo maiora facturi & edituri eſſent. Ioan. 13. Simili tropo, & Medicus, imò & medicina ſanare dicitur ægrotũ; nó quod Deũ, qui ſolus per ſe & propria virtute percutit & ſanat, mortificat & viuificat, 1. Reg. 2. excludamus: ſed quia Medicus poteſtate & arte diuinitus ſibi tradita curat infirmũ hoc ſemper indubitatè ſcientes & confitentes; Deum ipſum ſanare, licet Medico tanquam miniſtro, & medicina, tanquam medio vtatur. Sic cùm Deus per Sanctos tanquam miniſtros, & eorundem Reliquias tanquam media beneplaciti operatur, quæ indubié fieri ipſa clamitat experientia: nihil peccatur, ſi piè dicatur, ſiue dicamus Deum, tanquam cauſam primariam; ſiue Sanctos, tanquam

cau-

cauſam ſecundariam & tanquam miniſtros: ſiue Sanctorum Reliquias, tanquam organa & media, operari iſtiuſmodi virtutes & miracula. Qui peccatori precando apud Deum veniam impetrat, vitam ei dare, teſte ſcriptura, 1. Ioan. 5. ſine iniuria Dei, aſſeritur: Et eleemoſyna, animam à morte & omni peccato liberare, Tob. 4. & peccatum ipſum inſtar gelidæ aquæ extinguere, Syrach. 3. dicitur: cur non ſimili ſchemate piè & benè dixerimus, vel Sanctos vel Sanctorum Reliquias, quas apud eorum monumenta & memorias experimur, operari virtutes: quia nimirum illas, Deo dante, faciunt, aut apud Deum ſuis precibus & interceſsione nobis impetrant, & impetrando veluti largiūtur? ſic tamen, vt Deus is eſſe ſemper agnoſcatur & honoretur, qui primariò & propria virtute (licet plerunq; non ſine medijs) mirabilia operatur ſolus.

IX.

Cur Deus per Sanctorum Reliquias; atque etiam ſæpenumero apud eorum duntaxat Memorias, tanta miracula operatur?

I. Si placitum eſt illi: ſit pro ratione voluntas.

II. Vt oſtendat euidentibus ſignis, tales Sanctos ſibi fuiſſe, & etiamdum eſſe longè cha-

chariſsimos: & iam gloria & honore coronatos, diuinæque ſuæ naturæ conſortes, verè & æternaliter beatos iuxta animam triumphare in cœlis, quorum corpora & exuuias ſacras tantis miraculis coruſcare facit in terris.

III. Vt reipſa declaret & verificiet, ſeſe iuxta dictum illud Regij Pſaltis, non ſolùm in ſanctis imperfectis & mortalibus, ſed multò magis in perfectè & immortalibus Sāctis eſſe mirabilem: ſimulque ſuam inenarrabilem ſapientiam iuxta ac potentiam toti mūdo teſtatam faciat, vt qui non tantùm per ſeſe, ſed & per ſibi chariſsimos Amicos & cohæredes cœleſtes, atq. per varia & multiplicia media, tàm mira & ingentia beneficia nobis diſpenſet & elargiatur.

IIII. Vt hoc pacto, iſtiuſmodi Sanctorum, per quorum Reliquias tanta dignanter, potenter, & mirabiliter operatur, fidem, doctrinam, & vitam fuiſſe catholicam, chriſtianam & ſibi beneplacitam ſummeq; gratam, in tantis potiſsimū de vera fide & Religione diſsidijs, & ſynceræ pietatis naufragijs, omnibus, maximè Catholicis & ad æternā ſalutem ſeriò anhelantibus, certum & indubitatum efficiat.

V. Vt nos ſic excitet, atque adeò veluti ſacris calcaribus extimulet, ad eorum germanam

manam fidem & ſacras virtutes ſedulò imitandum, quorum tantam gratiam & gloriam conſpicimus, & quoque certiſsimum ſuauiſſimumq; experimur auxilium: vti ſic communicemus ſanctitati, quorum communicamus gratiæ ſanitatis: & Deum in ſanctis ſuis, & fratribus atq; adeo membris noſtris tam potentem, munificum & liberalem, ſummis laudibus, vt par eſt, euehamus, & gratiarum actione pro virili, ex intimo & grato pectore, proſequamur.

VI. Vt honoret quoque in terris, & celebres atque in æterna glorioſaque memoria eſſe faciat etiam in hac vita apud mortales, quos ille in cœlo tanto dignatus eſt honore, & vitæ aſſciuit ac gloriæ immortali.

VII. Vt ſic euidenti & irrefragabili argumento confirmetur mortuorum reſurrectio. Per iſtiuſmodi ſiquidem miracula Deus ter Opt. Max. non ſolùm teſtatur Sanctos mundo mortuos, ſibi ac ſecum iuxta animã viuere: ſed etiam ipſamet corpora emortua, quæ tantis modo coruſcant & effulgent miraculis; quæque diuina gratia alios aut ſanitati, aut etiã vitæ reſtituunt; ſuo haud dubiè & ſtatuto tẽpore, emenſo totius mũdi curſu, reſuſcitanda eſſe: & non ſolùm vitæ, ſed & æternæ atque immortali felicitati in cœleſti Patria, vnà cum animabus, quibuſcum

hic

hic ſanctitatem excoluere, aſſertum & inſertum iri.

X.

Quid cauſa eſt, quod Deus non apud quorumlibet Sanctorum Reliquias aut memorias miracula edit; ſed cum delectu, nō niſi per quaſdam Reliquias, & certis ac deſtinatis in locis, certas ac diuerſas virtutes operatur?

Non ſolùm quotidiana experientia & euidens euentus, verùm etiam ipſamet Sacra ſcriptura teſtis eſt, Deum, qui dubio procul, & vbique, & in omni itidem loco æquè potens atq; adeo omnipotens & præſens eſt, nihilominùs non vbilibet eadem operari, ſed certis in locis edere ſigna ac miracula, quæ alibi non fieri, extra omnem eſt controuerſiam. Sic, vt ex multis quædam exempla ponam: Naaman Syrum ſepties, iuſſu Prophetæ Eliſæi, ſeſe lauantem à lepra per aquá Iordanis emundauit. 4. Reg. 5. quod tamen per alias aquas, ſiue intra, ſiue extra Iudæá actitatum eſſe, nullibi ſcriptum legimus. Sic in nouo Teſtamento teſtatur D. Iohannes, Deum per aquam piſcinæ Hieroſolymitanæ quinque porticus habentis; ſimulac ſingulis diebus per Angelum ſemel turbata eſſet, quoslibet morbos quantumuis incurabiles ac inueteratos, curaſſe, ſic tamen vt huius curationis, non ſimul omnes, ſed ſingulis die-

B bus

bus vnus tantum, qui primus poſt motum aquæ in illam præ alijs deſcendiſſet, particeps efficeretur. Ioan. 5. Vt taceam Deum olim per Prophetas ſuos extra Iudæam multa edidiſſe miracula, quæ tamen apud vernaculos planè ſilebant: atque adeo CHRISTVM ipſummet nec potuiſſe nec voluiſſe vbiuis eaſdem virtutes patrare, ſed cum delectu & certis in locis ſua prodigia exercuiſſe: vti ipſemet non ſolùm propalàm teſtatur, ſed & non ſine ſtomacho exprobrat Iudæis Marci 6. Luc. 4.

Sic non ſolùm auditione percipimus, ſed & oculis coràm contuemur, & plerique magno cum emolumento & ſolatio experimur, Deum multa & ſtupenda miracula ſanitatum apud quaſdam quorundam Sanctorum ſanctas Reliquias in certis & veluti deſtinatis locis operari; quæ tamen alibi apud aliorum, aut plerumque etiam eorundem Sanctorum (nam vnius eiuſdemque Sancti, diuerſæ reliquiæ aut memoriæ, diuerſis in locis non raro habentur) minimè emicare conſpicimus. Nec quiſquam eſt tam mentis inops, aut inſigniter impudens, qui hæc ita fieri inficias ire aut auſit, aut facilè poſsit: cùm totus mundus clamet, & experientia, rerum omnium magiſtra

ſtra & firmiſsimus teſtis, palam ſaciat & conteſtetur omnibus. Sed quàre hæc ita fiant, quis enarrabit, aut porrò indagare quis poſsit vel auſit? Quis conſiliarius Dei fuit, aut eſſe præſumet? Nonne ſatius eſt & ſecurius diuina miracula atque adeo beneficia humiliter ex fide mirari, & gratanter acceptare, quam curioſè & ſuperbè, quamobrem hic & non alibi, ſic & non aliter fiant, perſcrutari? Quin potius cum D. Paulo Roman. 11. captiuato in obſequium Chriſti intellectu: certi Deum nihil temerè, ſed omnia ſapienter ad gloriam ſuam & in ſalutem noſtram facere, grati exclamamus; O altitudo diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & in inueſtigabiles viæ eius?

Veruntamen piè credi poteſt, has, iuxta quod ex ſacris literis elici poſſunt, non eſſe poſtremas, nec vero abſimiles cauſas, ecquur quibuſdam in locis vbi Sanctorum vel monumenta extant, vel Reliquiæ religioſè aſſeruantur, vel alioquin memoria deuotè celebratur, ſolummodo quædam fiant miracula & virtutes, & non identidem in omnibus.

Prima quidem, maxima & certiſsima cauſa eſt, voluntas & beneplacitum Dei.

II. Quod ſicut in terris in Eccleſia militantium, diuiſiones ſunt gratiarum, vt inquit S. Paulus 1. Cor. 12. & non omnibus, ſed quibuſdam vnus atque idem ſpiritus, ſecundum quod beneplacitum eſt illi, gratiam ſanitatum, & operationem virtutum impartitur: ita forſitan & in cœleſti hierarchia, Deus Opt. Max. qui omnia in omnibus operatur, non ſingulis Sanctis gratiam ſanitatum, aut operationem quarumuis virtutum, ſed quibuſdam ſolum & nonnunquam non niſi certæ ſanitatis & limitatæ operationis gratiam elargitur: ſic vt quemadmodum in hoc ſeculo, ita nec in futuro, quilibet Sanctus quęlibet ſigna, per Dei virtutem, edere poſsit.
III. Miracula apud Sanctorum Reliquias aut Memorias diuinitus patrata, haud dubiè, quam ſancti illi fuerint & Deo accepti, mortalibus atteſtantur. Non eſt igitur à veritate alienum, imò & æquitati conſonum, Deum ſecundum diuerſa & maiora merita Sanctorum, diuerſa quoque & celebriora per eos eorumque SS. Reliquias miracula exercere.
IIII. Vt & hoc pacto oſtendat Deus, non modo quàm potens, ſed etiam quàm mirabilis in Sanctis ſuis exiſtat: vtpote, qui non minus diuerſè, quàm mirabiliter per eos virtutem ſuam & gratiam elucеſcere faciat.

V. Ne

V. Ne ſi miracula per quoſcunque Sanctos, & vbiuis locorum abſq; diſcrimine eadem fierent, vileſcere tandem & in contemptum abire incipiant. Certum eſt enim, & vſus ipſe documento eſt, quæ quotidie & vbiq; fiunt, minoris æſtimari: quæ vero rarius & non niſi deſtinatis in locis, in maiore precio & ęſtimatione plerunq; haberi.

VI. Vt hac ratione, dum non niſi certis & paucis in locis Deus per Sanctos ſuos ſingulaaria miracula operatur, pijs & deuotis Fidelibus anſam præbeat, iſtiuſmodi loca piè & religioſe inuiſendi; beneficia illa maioris faciendi; Deum in Sanctis ſuis plus mirandi atque vehementius celebrandi, & pietatis exercitium non domi ſolùm, ſed & foris, atque adeo vbique terrarum ſtudioſius perurgendi: & ſic Sanctorum iſtiuſmodi memoria & nomen, non in vnico aliquo vico aut oppido deliteſcat, ſed in diuerſis ac compluribus locis, atq; adeo in vniuerſo mundo celebretur, quando à diuerſis ex varijs mundi plagis fidelibus, coram Reliquiæ, miraculorum ergo, certatim & dietim inuiſuntur.

VII. Quanquam nec hoc diffitendum ſit, Deum per plures Sanctos, plura quidem apud ipſorum Memorias miraculà edere nō tantum poſſe, ſed etiam velle: niſi obſtaculo eſſet incredulitas, impietas & indignitas, at-

que etiam ſæpenumero nulla aut minus frigida & remiſſa deuotio Incolarum. Siquidem de ipſomet Chriſto legimus, prout & ſupra obiter meminimus, Matth.13. Quod in Patria ſua, in qua, vt ipſe teſtatur, plerunque omnis Propheta eſt ſine honore, non fecerit virtutes multas, propter incredulitatem ipſorum. Sanctus Marcus vero dicit, cap.6. quod Chriſtus in Patria ſua non potuerit vllam virtutem facere, niſi paucis curatis infirmis: & quod miratus etiam ſit propter incredulitatem ipſorum. Quod ſi Chriſtꝰ ob incredulitatẽ & impietatẽ miracula edere deſtitit aut nõ potuit; quis mirabitur, ſi idẽtidẽ ꝑ ſanctos ſuos eandẽ ob cauſá multis in locis & frequẽter aut nulla, aut nõ vlteriora, ſicut olim, hoc ſeculo deſignet miracula?

XI.

Piúmne eſt Sanctorum Reliquias Memoriáſue religioſè frequentare: & illarum ergò peregrinationẽ cum afflictione carnis ſuſcipere?

Duplici potiſsimum de cauſa Sancta loca Sanctorũq; Reliquias viſitamus. I. In honorem & gratiarum actionem & Dei & Sanctorum eius: vt oſtendamus pium & religioſum noſtrum affectum in illis, & illa quæ illorum ſunt. II. Ad conſequendam ſanitatem, vel illud quod à Deo illis in locis per preces & merita Sanctorum in Chriſti nomine conſe-

ſequi deſideramus: aut porrò ibidem ex Dei ſingulari dignatione & beneplacito, credentibus & petentibus, conferri, experientia & ipſo vſu ac viſu etiam docemur.

In honorem Dei & Sanctorum, ſancta loca piè viſitare, impium non eſt, ſed cum pietate coniunctum. I. Quia quicquid per ſe impiũ non eſt, & ex fide & dilectione in Dei honorem fit, Deo gratũ & acceptum eſt: etiamſi nullibi expreſsè ſit mandatum in S. Scriptura. ſicuti ſcriptum eſt. 1. Cor. 10. ſiue manducatis, ſiue bibitis, vel (attende) aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et iterùm: Phil. 4. De cætero, fratres, quæcũq; ſunt vera, quęcunq; pudica, quęcũq; iuſta, quæcũq; ſancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famę, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hęc cogitate. Et rurſus. Col. 3. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. Sic placuit Chriſto deuotio diſcipulorũ qui iniuſsi veſtimenta ſua ſuper aſinã poſuerũt: & turbæ, quæ citra mandatũ partim veſtimẽta partim ramos palmarũ & aliarũ arborũ in via ſtrauit. Matt. 21. atq; etiã Mariæ Magdalenæ, q̃ Chriſti pedes, Lu. 7. & caput, vnguẽto p̃cioſiſsimo, fruſtra impio Iuda ꝓditore reclamãte. Io. 12. p̄unxit. II. In gratiã Amicorum noſtrorum

vt maxime fit in nuptijs, & ſæpè aliàs: aut aliquid noui videndi, aliquando iter longinquum & difficile inſtituimus, & ſine tædio libenterque emetimur: Et cur obſecro, rep̃henſione, & non potiùs laude dignum æſtimabimus, ſi quis ex pia deuotione, ſi nõ plus ſaltem tantundem in Dei optimi maximi, amiciſsimi & peramantiſsimi Parentis, ſuorumque honoratiſsimorum atque dilectiſsimorum cohæredum, Sanctorum inquam, & præcipuè incomparabilis Virginis Deiparæ, gratiam, & honorem, vtique non ſine ſacro fœnore faciat; quantũ in obſequium mortalis Amici, aut rei alioquin non magni momenti, ſponte, & nonnunquam paruo cũ fructu, imò & detrimento etiam, haud grauatim facere conſueuit?

III. Præterea, qui longiuſculam peregrinationem ad loca ſancta dictis ex cauſis deuotè ſuſceptant, indubiè non exiguas itineris moleſtias, vt alia taceam, deuorare coguntur: & quidem etiam nudis pedibus ſacco aut cilicio induti, aut porro ſimili cum carnis afflictione, peregrinationes ſuas, conſtanter interim, indefeſsè & ſine intermiſsione quoad fieri poteſt orantes (vnde peregrinationes iſtæ, alio & vulgato nomine, viæ orationis, Bittwege, quoque nuncupantur) expediunt.

Iam,

Iam, in honorem gratiarúmue actionem Dei & Sanctorum, quorum omnis honor & cultus, ſicut à Deo & eius gratia cauſatur, ita & in Deum ipſum principaliter reſpicit, & finaliter diriuatur: carnem affligere, orare, & ſimilia deuotionis exercitia vſurpare, impium eſſe haudquaquam poteſt, ſed Deo, citra omnem controuerſiam, ſi ex vera fide & ſyncera charitate fiant, ſicut fieri fas eſt, proficiſcatur, gratiſsimum, & ad diuinam gratiam conſequendam efficaciſsimum. Teſtatur enim S. Scriptura præter Niniuitas, Ion. 3. etiam impium illum & idololatricũ Achab. 3. Reg. 21 per carnis iſtiuſmodi afflictionem, diuinam vltionem, quæ imminebat, propulſaſſe, & miſericordiam promeruiſſe: Et quod propius ad inſtitutum noſtrum accedit, Sanctum Dauidem, quando illi à facie Abſalon Filij ſui erat fugiendum, cùm eques, aut alio pacto commodius & compendioſius facere potuiſſet, nudis tamen, nudis inquam pedibus pedeſtrem incedere & fugam capeſſere voluiſſe: quod vtique propheticus ille & Regius Pſaltes facturus fuiſſet nunquam, ſi non perſuaſum habuiſſet, tali pacto ſeſe Deum facilius poſſe demereri, & ad miſericordiam citius conſequendam, in tantà afflictione flectere & veluti prouocare: id quod & euentus ipſe ſatis confirmauit: ſicuti

uti videre eſt 2.Reg.15. Conſtat igitur & indubitatum eſt, nudis pedibus, aut ſimili cum moleſtia, caſtigatione, & afflictione corporis (ſine qua genuina & legitima peregrinatio abſolui nō poteſt) peregrinationem, ob Dei Sanctorúmue gratiā ſuſcipere, pium, diuinæ Scripturæ conſonum, & Deo gratum eſſe, & ad diuinum fauorem conſequendum mirificè conducere.

Qui vero iſtiuſmodi peregrinationes, nō Dei & Religionis ergo, ſed temporalis glóriæ aut commodi gratia exoluunt: aut porro tametſi ob Religionem ingrediuntur, tamen interim in via delicijs vacant, nec orant, ſed potant aut garriunt, aut porro alias ineptias aut quod peius & deteſtabilius eſt, voluptates carnales ſeu venereas exercent, aut alias etiam tantum ex curioſitate aut voluptate excurrunt: cum Dei gloriam non præ omnibus ſpectent, vtque nec piè facere aut quippiam promereri, ſed peregrinationis pium vſum prophanare, & Deum potius ad indignationem prouocare, cenſendi veniunt.

Proinde qui piè & cum fructu peregrinationes exantlare volent, ſicut non niſi pia & legitima intentione (hoc eſt, vel ob Dei Sanctorúmue gloriam ex feruenti amore & deuotione: aut porrò, ſicut deinceps dicetur, ob beneficia illa, quæ Deus non niſi certis & de-

deſtinatis in locis, apud Sanctorum Reliquias, aut Memorias dignanter & mirabiliter operatur, conſequenda) eas aut vouere aut adoriri debent; ita ante omnia curabunt, vt præter intentionem bonam, etiam conſcientiam puram, quæ de præteritis peccatis intimè doleat, & de futuris ſedulò cauere & germanam pœnitentiam dignoſque pœnitentiæ fructus agere certò ſibi & ſeriò proponat, habere & reipſa teſtatam facere ſatagant. Alioquin enim, ſicut nullum opus, quantumuis in ſpeciem & ex ſuo genere vel optimum, ſine pietate aut pœnitentia & peccati deteſtatione Deo placere poteſt, ita nec peregrinatio, licet etiam ſumma cum difficultate & moleſtia vel ad vltimos fines terræ abſoluatur. Hinc veteres illi & priſci Chriſtiani, quando peregrinationi religionis ergò ſeſe accingebant, ieiunijs, eleemoſynis, & ſacramentali confeſsione Abſolutioneq; præparati & veluti cataphracti illam in Dei nomine, ingrediebantur: rati & perſuaſum habentes, nullum planè cultum Deo gratum eſſe poſſe, qui à peccatoribus in peccatis, ſine ſeriò emendationis & pietatis propoſito præſtaretur.

Et hactenus de illis peregrinationib. q̃ in honorẽ Dei & Sanctorũ, ex ſola deuotione,

etiam citra temporalis ſanitatis expectationem, à pijs piè inſtituuntur. Reliquum nunc eſt, vt identidem oſtendamus, illas peregrinationes quæ ad Sancta loca ſanitatis aut téporalis beneficij potiundi gratia, à religioſis Chriſtianis vouentur & peraguntur, per ſe & ſuapte natura nulli iuſtæ reprehenſioni obnoxia, ſed laude & commendatione etiã digna eſſe, idq; probamus hunc in modum.

Sancta loca, vbi Deus, non neceſsitate quaſi alibi non poſsit, ſed dignatione, quod ſic ei viſum eſt, apud ſanctas Memorias aut Reliquias ſuorum Sanctorum, viſibiliter veraciter & miraculoſè, gratiam ſanitatis, & ſimilia beneficia operatur, viſitare, & ad illa peregrinationem ſuſcipere, vt iſtiuſmodi diuina beneficia conſequamur, minimè impium, ſed pium, iuſtũ & ipſimet rationi per omnia conſonum eſt.

I. Quia impium non eſt, ſed iuſtum, ſicut ipſamet dictat naturalis ratio, vt ægrotus Medicum, & illa loca, vbi Medicus agit, quo ſanitatis potiri poſsit, adeat. Similiter quoque iuſtum non minus eſt, vt ad illa loca nos conferamus, vbi cœleſtis Medicus, illam medicinam impartitur aduentãtibus & piè ambientibus, quam alibi certum eſt non ita, ob cauſas illi placitas & perſpectas, elargiri.

II. Quando SS. Apoſtoli Hieroſolymis per

per Dei nomen multa miracula ederent, & curarent miraculosè ac ſupernaturaliter plurimos,certatim eò ex alijs ciuitatibus peregrinabantur & confluebant,& ſuos etiam ægrotos deferebant,& in plateas collocabant, vt vel vmbra D.Petri eos obumbraret,& ſic ſanitatem conſequerētur: & voti compotes facti ſunt:curabantur enim,vt teſtatur S Lucas Act.5.ad vnum omnes:& proindè bene ꝓcul dubiò,& Deo rem gratā fecerunt.Ergo,ſimili ratióne,& illi benè faciunt,qui illa loca adeunt,vbi ipſa euidentia & vſus quotidianus teſtantur,eundem Deum,per Sāctos ſuos operari,vt diuinorum beneficiorū reddantur participes.

III. Qui Piſcinam illam probaticam Hieroſolymis viſitabant,non ſolùm oppidani, ſed & haud dubiè ex alijs remotiſsimis locis peregrini,vt ſanarentur à quolibet infirmitatis incommodo, quia experiebantur Deum quemlibet morbum ibi curare, quod alibi nuſquam fiebat,à Chriſto minimè reprehenſi,& proinde nec reprehenſione digni fuere.Ioan.5.Qua fronte igitur eos in ius vocabimus aut culpandos ducemus, qui eadem ex cauſa,quia idem Deus hodie non minus, quàm tūc,in quibuſdam locis operatur,quæ alibi non fieri,certū eſt,Sancta Sanctorumq; loca,religiosè,ob ſanitatem,quæ ibi euiden-

ter

ter confertur diuinitus, conſequendam, accedunt?

IIII. Deus ipſe ad certa loca adeunda, & proinde ad peregrinationem religioſam, nos excitat, quando ſecundum ſuum beneplacitum, licet vbiuis omnia poſsit, non niſi ſtatis & certis in locis, certa & diuina edit miracula, & gratiam ſanitatis apud Sanctorũ ſuorum Reliquias aut ſacras Memorias, cum delectu & in locis ſelectis, operatur, & eos qui deuotè illa loca petunt, votorum ſuorum & optatæ ſanitatis vt plurimum compotes reddit. Niſi enim vellet Deus Chriſtianos iſtiuſmodi loca adire, quid attinebat ibidem miracula edere, quæ vtique fruſtra non facit, ſed vt mortalibus ſeruiant, illiſque in ſalutem tum corporis tum animæ cedant? Qui igitur homines ægrotos, aut aliquo malo laborantes ad illa loca accedere & peregrinari, vbi diuinam medelam conſequi poſſent, cum prætextu impietatis, vetant & deterrent; quid amabo, quid aliud faciunt, quàm quod ægrotis interdicant, ne medicum, aut ſanari quærant, ſed ſanitatem præſentem & diuinitus oblatam negligant, inque priſtina ægritudine ſponte, contra ipſummet naturale dictamen, contabeſcant: vt ſic diuina illa liberalitas, non modo non

vti par erat gratanter acceptetur, ſed contemnatur etiam, & perpetua veluti obliuione turpiſsima cum ingratitudinis nota, ne quid dicam grauius, obliteretur & velutiobruta ſepeliatur? Iam verò diuinam beneficentiam vltro obuiam, & tam liberaliter oblatam non acceptare, ſed aut negare, aut ridere & contemnere etiam, nec vlla vel memoria vel gratiarum actione dignari, quam immane ſit, & Chriſtiano homine indignum ſcelus, quis verbis concipere, aut pro dignitate ſatis eloqui ſine horrore & indignatione poſsit? Maxime igitur ſeſe & palpabili perfidiæ ſimul ac ingratitudinis & impietatis ſcelere obſtringunt omnes illi, quotquot fideles, ne in ijs locis & per illa media per quæ Deus, qui operatur vbi & ſicuti vult mirabilia ſolus, diuina beneficia quærant & acceptent, vbi & per quæ Deum diſpenſare illa, teſtatius eſt quam vt negari, manifeſtius, quam vt vlla maledicentia obſcurari queat, arcere & alienos reddere pertentant: & peregrinationes religioſas ad iſtiuſmodi loca, vt diuinorum beneficiorum fructum, cum gratiarum actione, in nos deriuemus, nigro carbone notare, & neſcio quo non ſuperſtitionis crimine petulanter & procaciter, ſuo more, inceſſere non verentur, homines

re-

reprobi, & æſopico cani ſimiles, qui nec ipſi diuina beneficia magni faciunt, nec vt ab alijs magnifiant, deuotè quærantur, & piè vſurpentur, tolerare poſſunt.

V. Impium per ſe non eſſe, nec vlli ſuperſtitioni, ſuapte natura obnoxium, ad Sacra, & diuinis miraculis illuſtria loca, vel ex ſola deuotione in Deum & Sanctos eius; vel etiam præterea ad conſequendam ſanitatis gratiam, quam ibi benigniſsimus Deus dignanter & ſingulariter exercet, religioſe peregrinari præter hactenùs enumeratas rationes, vel idem quoque fiat manifeſtum, quod iſte mos non recens nec nuper demum inoleuerit, ſed hinc ab initio naſcentis Eccleſiæ Apoſtolicæ, & ab ipſis Apoſtolorum temporibus in ſolenni & celebri vſu, & non à plebeis ſed & à ſummis Monarchis & magnalibus, ſumma cũ laude & deuotione, ſummoq; cũ fructu & fœnore diuinæ gratiæ celebratus, confirmatus, & continua ſucceſsione per quaslibet annorum centurias ad nos vſque deriuatus, & veluti per manus traditus & commendatus fuerit: ſicuti ſuo loco nos paulò pòſt probatum & teſtatum faciemus. Quis igitur, quis niſi mentis inops, aut inſanus & præfractus hæreticus, illud ceu impium aut ſuperſtitioſum ſuggillare & palam damnare auſit, quod in vniuerſa Eccleſia Ca

tho-

tholica, magiſtra, officina, & columna veritatis, mille quingentis annis tam ſolenniter approbatum, tam vnanimiter celebratum, & tantis tamq; præclaris miraculis diuinitus ratificatum & confirmatum, religioſè ſeruant & obſeruant Catholici?

XII.

Licitum eſt etiam ſeſe ad iſtiuſmodi Peregrinationes voto obſtringere: & Sanctis, ſanitatis ergò, vota nuncupare?

Sanctis hoc in negotio nihil præcisè & primariò vouemus, ſed Deo; qui per manus, vt cum ſcriptura loquar, Acto. 5. & Reliquias Sanctorum, veluti media, ſanitatem operatur; ad memoriam glorioſam & honorem Sanctorum: omnem vim & energiam quam per Reliquias eorum experimur in ſolidum ad Deum referentes, illiq; ex integro tranſſcribentes.

Porrò non licitum modò, ſed & pium eſſe, Sanctorum Reliquias, aut ſacras Memorias deuotè inuiſere, & ad eas religioſam peregrinationem piè, & pias ob cauſas inſtituere, ſuperius euidenter ſatis & ſolidè probatum eſſe confidimus. Cum autem ex diuina Scriptura conſtet, licitum eſſe vouere, quod pium & cum vera Religione coniunctum eſt: quis dubitabit, quin conſectarium proinde ſit, licitum etiam & chriſtianum eſ-

ſe, ſi quis fidelium ex ſyncera deuotione, vel ob diuina beneficia aſſequenda, ad Sanctorum Reliquias aut Memorias, maximè apud & per quas miracula diuinitus fieri compertum fuerit, tali cum afflictione & conditione quali placet aut poſsibile eſt, peregrinationem voueat: & iſtiuſmodi votorum nuncupationē, Sanctis propter Deum, aut Deo ad honorem Sanctorum, verè chriſtianum & Deo gratum acceptumq; opus haberi?

Sanctus Patriarcha Iacob in afflictione & neceſsitate ſua Deo votum, iniuſſus, & fortaſsis etiam ſine exemplo, nuncupauit. Geneſ.28. & Deo placuit, Geneſ.31. illudq;, tanquam opus pium & cultum Deo gratum fideliter præſtitit. Gen.35.

Diſtinxit & Dauid vota ſua labijs ſuis, in tribulatione ſua, & reddidit. Pſalm. 65. Et vniuerſa penè ſcriptura teſtis eſt, ſolenne fuiſſe antiquitus, voto ſeſe ad pietatis opera, maximè in neceſsitate aliqua & ob diuinam miſericordiam certius promerendam, aſtringere. Et Apoſtolorum tempore poſt Aſcenſionem Chriſti, vota vouendi & perſoluendi morem etiamdum permanſiſſe, & ab ipſis Apoſtolis approbatum fuiſſe, ex c. 21. Actuū, luculēter apparet.

Quin & peregrinationem ſeu profectionem ad certa, & præcipuè ſacra loca olim ſu-

ſuiſſe Sanctis Patribus familiare & religioſum, vel ex eo manifeſtum & certum euadat, quod impius ille & ſceleratus Abſalon, quando Dauid Patrem regno pellere & parricidalem contra eum ſeditionem & expeditionem conciliatis ſibi quoſcunque poſſet, inſtituere moliebatur, prætexebat ſeſe cupere cum venia Patris, in Hebron, voti pſoluendi ergo, quod in exilio, ꝓ reductione nũcupaſſet, proficiſci: id qđ & Sanctus Dauid, nihil mali ſuſpicatus, haud grauatim illi indulſit: ſicuti legere eſt. 2. Reg. 15.

Si non fuiſſet tunc in more probato & ſolenni poſitum, ad Sacra loca, & nominatim ad Hebron, peregrinationem ſeu profectionem religionis gratia inſtituere & vouere, vtiq; nec Abſalon ad parricidale propoſitum ſuum tegendum, prætendiſſet Patri votum ad Hebron: nec Parens, ſanctus ille & Regius Propheta, ita ſtatim admiſiſſet aut probaſſet, ſed potius tanquam rem inſolitá aut impiam filio interdixiſſet diſſuaſiſſétue.

Porrò in Hebrõ ſepulta erát ſacra funera & reliquiæ Saræ vxoris Abrahá. Geneſ. 23. Abraham quoque Geneſ. 25. & Iſaac, Gen. 35. Rebeccæ, & Iacob etiam vnà cum Lia vxore ſua. Geneſ. 49. 50. Vnde probabiliter ſatis & liquidò apparet, qua de cauſa hunc locum, tanquam ſingulariter ſacrum

Iudæi tanta cum deuotione & zelo viſitarint, & eò etiam voto ſeſe ſæpenumero aſtrinxerint: nimirum ob ſacras illas & auguſtas tantorum Patriarcharum ibi reconditas & aſſeruatas Reliquias, & memoriam vniuerſo Iſraheli percelebrem illuſtremq́; ſepulturam.

XIII.

Qui peregrinationem ad loca ſancta vouerunt, tenentúrne etiam illam iuxta conſcientiam, perſoluere? an vero poſſunt ſine peccato iſtiuſmodi vota negligi, & tanquam res nihili, derideri?

Quicquid licitè & legitimè vouetur, neceſſariò obſeruatur ab ijs qui vouerunt: modo arbitrij & rationis ſint compotes: quia ſcriptum eſt: Deut. 12. *Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri abſque peccato eris: Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.* Et iterùm: Pſalm, 75. *Vouete & reddite Domino Deo veſtro.* Et Eccleſiaſtis 5. *Si quid vouiſti Deo ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunque voueris redde. Multoq; melius eſt non vouere, quam poſt votum pro-*

miſſa

miſſa non reddere. Iam probatum eſt ſupra, licitum & pium eſſe, Sancta & Sanctorum loca, vbi ipſorum vel ſola memoria celebratur, vel etiam Reliquiæ religiosè aſſeruantur, ex fide & deuotione ſola, ſiue etiam ob ſanitatẽ quam ibi Deum per Sanctos operari exploratum & euidentia perſpicuum eſt, viſitare. Certum eſt ergò, eos qui voto ſeſe obſtrinxerunt ad Sancta loca ſeſe hoc vel illo pacto peregrinari; voti huius vigore teneri iſtiuſmodi peregrinationem perſoluere. Neque eſt quod quis tergiuerſetur, & iſto cum prætextu, quod Scriptura de votis domino Deo nuncupandis ſeruandisq; tantum loqui videatur, exiſtimet ſeſe non teneri ad votum Sanctis dicatum: Siquidem, vt & antè meminimus, cùm Deus & principaliter in Sanctis honeretur: & principale quoque & primarium agens ſit in iſtis miraculis & curationibus, quæ apud Sanctorum Reliquias edi videmus & experimur: ideóque & præcipua ac potiſsima cauſa ſit, ob quam ad illiuſmodi loca viſenda accendimur, & voto nos obſtringẽdi ad profectiõnẽ & peregrinationem ad ea inflammamur: Ideoque certum & indubitatum eſt vota iſtiuſmodi peregrinationum primariò & præcipuè Deo, in honorem & memoriam Sanctorum tamen, per quos Deum operari fatemur & experimen-

to cognoſcimus, nũcupari & voueri: & proinde nihilominus reddi debere, atq; alia vota ſacra, quibus Deo nos obſtringimus, etiã nulla Sanctorũ habita ratione, aut facta mentione. Qui hominibus mortalibus quicq̃, bona & plena fide vouet aut promittit, tenetur haud dubiè fidem liberare, & promiſsis ſatiſfacere: & quur minus valebit promiſsio Sanctis immortalibus & cœlitibus, propter Deũ aut etiam Deo propter Sanctos facta & volũtariè emiſſa? Ananias teſte D. Luca in Act. c. 5. ob id quod propoſuiſſet totum precium agri diuenditi ad Apoſtolos deferre, & non præſtit, tametſi Apoſtolis, qui hòmines erant, mentiri & imponere ſeſe exiſtimaret, tamen, iudice Petro, non hominibus, ſed Spiritu ſancto mentitus, & ob fraudem illam, & promiſſum violatum, vnà cũ vxore Saphira, ſceleris conſcia, ſubitaneá morte horribiliter eſt mulctatus.

Nephariè igitur & grauiſsimè peccant, qui iſtiuſmodi vota ſpontaneè, vel ob conſequuta, vel ob aſſequenda beneficia, vel porrò religionis gratia emittunt, & tamen per ſe aut alios, taliter quomodo vouerunt, fieri fideliter & quàm citiſsimè non procurant. Qui verò non modò non perſoluunt vota ſua, ſed illa etiam inſuper derident, & neſcio quibus non ſannis proſcindunt citra contro

uer-

uerſiā tam ſceleratè & enormiter peccant, vt verbis ſatis cōſequi nemo poſsit: nec id quidē impunè: ſiquidem ſicut ſubſannatores & irriſores non Diuorum tantum, quod per ſe ſacrilegum tamen ſatis eſſet, ſed & ipſiuſmet Dei, qui in Sanctis ſuis & honoratur & contemnitur, quemq; vota, vt dictum eſt paulo antè, primario ſpectāt, ſuo tempore, aut hic, aut in futuro, aut certè vtrobique, atrociſsimas pœnas exoluent.

XIIII.

Eſt etiam ille mos; peregrinari ad loca Sancta, & Sanctorum Reliquias aut memorias religiosè viſere: priſcus, & in primaeua ac puriore illa Eccleſia, apud pios germanosq́; Chriſtianos, & ſanctos Eccleſiæ Doctores ac Patres publicè celebratus approbatusq́;?

Quantumuis mos ille; Sacra & miraculis illuſtria loca, religionis aut etiā ſanitatis ergo deuotè inuiſere, eaq; non ſolū quæ domeſtica & in confinio ſunt, ſed etiā q̄ remotis ac diſsitis in locis clarent peregrināдo accedere; recens & nuperus eſſet: tamen ideo non ſtatim, cum, vti ſupra demōſtratū eſt, bonus & pius ſit, repudiari aut reijci nō debet: quia ſicut antiquitas vſui malo nihil patrocinari, ita recentior vſus rei per ſe bonæ planè nec præiudicare poteſt. Tamen ſi mos pius etiam à multis annis à pijs fuerit inueterato

&c. longæuo exercitio confirmatus, id demùm non parùm ad eius laudem & commẽdationem facere, nemo eſt, qui poſsit ambigere, Itaque ſicut nuper docuimus, per ſe pium & Chriſtianum eſſe, Sancta & Sanctorum memorijs aut reliquijs, aut porro diuinis miraculis illuſtria loca, piè & deuote, etiam ex remotis partibus inuiſere: & ad ea peregrinationes obire: Ita hoc loco identidem in confirmationem & conſolationem omnium deuotorum Catholicorum, commonſtrare non grauabimur ex probatis & authenticis hiſtorijs atque hiſtoriographis; non heri aut nudiuſtertius demùm, ſed ante multas annorum centurias, imò iam ab exordio naſcentis & grandeſcentis Eccleſiæ, hunc morẽ in toto Chriſtianiſmo obtinuiſse, vt peregrinationes ad Sancta loca ſiue Chriſti Natiuitate aut paſsione conſecrata, ſiue Sanctorum eius ſepultura, Reliquijs aut memoria illuſtrata, à pijs piè, libenter & diligenter imò à ſummis etiam Monarchis & primarijs Chriſtianæ fidei Patriarchis, fuerint obitæ & perſolutæ. Singulis itaque Annorum poſt Chriſti Natalem Centurijs, ſingula ordine ſubiungemus magis illuſtria ſelectiora exempla.

Pri-

Prima Annorum, Poſt Natalem Chriſti, Centuria.

Tempore adhuc viuentis & docentis Chriſti (vt nihil de Peregrinatione ad Hebron. 2. Reg. 15. de qua antè meminimus, repetam) viſitata fuit probatica Piſcina Ieroſolymis, & ad eam à multis, ſanitatis conſequendæ gratia, etiá ex diſsitis locis peregri natũ: & iſtiuſmodi peregrinatio Deo placita & miraculis quoq; fuit confirmata. Ioan. 5.

Peregrinationem quoque ſuſceperunt Hieroſolymam multi ex vicinis ciuitatibus, ob id, vt vel ſaltem ab vmbra D. Petri obumbrarẽtur & ſanarẽtur: & voti facti fuere compotes. Act. 5.

Eunuchus potens Candaces Reginæ AEthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, Hieroſolymam religionis ergò & adorandi gratia petijt: & cum Ethnicus eſſet, commeruit diuinitus in reditu, per S. Philippum ad fidem conuerti. Act. 8.

D. Paulus feſtinabat, ſi poſsibile ſibi eſſet, cum adhuc eſſet in Aſia, nec ignoraret quanta eum ibi pericula maneret, vt diem Pentecoſten faceret Hieroſolymis: quod vtique, tametſi ſciret Deum eſſe vbique Religionis & pietatis ergò feciſſe credendus eſt. Acto. 20. 21.

20.21.b. Imò & ibidem, ſuaſu D. Iacobi, cum viris quatuor, votum ſuper ſe habentibus, ſanctificauit ſeſe in Templo. Act. 21. d.

S. CLEMENS tertius poſt B. Petrum cuius & Diſcipulus fuit, Romanus Pontifex & Martyrio coronatus circa annum 103. lib. 1. Recognit. circa finem, teſtatur, ſe cum D. Petro viſitaſſe ſepulchra duorum Fratrum Sanctorum, quæ quotannis ſponte ſua dealbabantur. Et lib. 6. Conſtit. Apoſt. cap. 30. docet Reliquias eorum, qui in Deo viuunt, in honore habendas, vt pote quæ etiam à Deo per miracula honorentur: quod exemplo Elezari Prophetæ. 4. Reg. 13. probat.

D. IGNATIVS, ſcribẽs ad S. Ioannẽ Euangeliſtã vnas alteraſq; literas, plurimũ obteſtatur: vt per eum liceat petere Hieroſolymam ardentiſsimo tantus deſiderio, viſendo rũ Sãctorũ, & Sanctarũ Chriſticolarũ, pcipuè D. Virginis Deiparę, cuiꝰ plurimos ſecũ cõtuitũ cõtactũq; votis optare aſſerit. Atq; idipſũ apud ipſãmet D. Virginẽ egit non ſemel vti in Epiſtolis vltro citroq; miſsis ẽ videre.

S. IVSTINVS Martyrio coronatus circa Annũ Domini 150. teſtatur q̃ſtione 28. ad Orthodoxos, ſuo quoq; tẽpore, Martyrũ corpora & ſepulchra homines à Dæmonis inſidijs tueri ſolita, & morbos, etiã arte medica incurabiles, curaſſe.

Con-

Centuria ſecunda.

Anno 200.

Origenes,qui obijt Anno Domini 260. & vixit vſq; ad annum ætatis ſuæ ſeptuageſimum,Votum ſibi fuiſſe aſſerit,vt antiquiſsimam Romanorum Eccleſiam videret: quod & fecit,vt teſtis eſt Euſe.li.6.Eccl.hiſt. c.11.

Peregrinationis cauſa D. Alexander,ſynchronos Origeni,Hieroſolymam petijt, vt adoraret,& loca ſacra viſeret:ibiq;,nutu diuino,adiutor Narciſci Epiſcopi,viri ſanctiſſimi, factus eſt, vt habet idem Euſeb. lib. 6. Eccl.hiſt.cap.9. Et D.quoq; Hieronymus de Scriptorib.Eccleſiaſticis.

S. CORNELIVS Pontifex & Martyr, paſſus ſub Decio,circa Annũ 253. Corpora & Reliquias SS.Apoſtolorũ Petri & Pauli,ſumma cũ veneratiõe trãſtulit & honeſtiore ac tutiore loco repoſuit:teſte Platina in vita ipſi9.

D. CYPRIANVS,S.Cornelij nõ coętane9 modò,ſed & ſummè familiaris;itidẽ & martyrio coronatus eodẽ die ſed nõ eodẽ anno, ſub Valeriano & Galieno,anno circiter 262. li.de Inuẽtione Capitis S.Ioã.Bapt.de ipſius reuelatione,inuẽtiõe,trãſlatione,veneratiõe & miraculis illuſtre quoq; fert teſtimoniũ.

Vide & SIXTVM, ſeptimum poſt Diuum Petrum Romanum Pontificem,ſub

Adria-

Adriano Cæſare: Epiſtola 5. Et S. Stephanum Pontif. & Martyrem. Epiſt. 2. ad Afflictos Epiſcopos & Sacerdotes: qui paſſus fuit circa Annum 271. & videbis iam tum, ſecundo ſeculo, in ſolenni more poſitum fuiſſe; SS. Reliquias magni facere, easq́, religiosè viſitare, & apud eas ſedulò precari.

Centuria tertia.

Anno 300.

Quando Deo Opt. Max. viſum fuit Eccleſiæ ſuæ, poſt diuturnas eaſque grauiſsimas, quibus hactenus iactata & infeſtata fuerat, perſecutionem procellas, pacem dare: circa Annum Domini 311. Conſtantini, cognométo Magni, cor ad ſuſcipiendam Chriſtianam fidem, (nam eouſque omnes Imperatores Ethnici permáſerant; & magna ex parte hoſtes & perſecutores Chriſtianæ Religionis) mirabiliter non minus quam miſericorditer illuſtrauit & permouit. Sub hoc Imperatore pietas vnà cum Religione incrementa ſumpſit maxima, & longè lateq́ue quaqua verſum per omnes orbis ſinus propagata eſt, & liberrimos vidit proſperrimoſq́; ſucceſſus.

Hic Conſtantinus Auguſtus, reuera & duplici nomine Magnus, Templum magnificentiſsimum Hieroſolymis ſuper Caluariæ mon-

montem, vbi Saluator noſter crucifixus fuerat, conſtruxit. Cùm Templum dedicaretur per deſtinatos eò ab ipſo Imperatore Epiſcopos, oportunè occurrebat dies 14. Decembris, qui quotannis feſtus & celebris erat per octo dies continuos: hiſq; diebus ex omni orbe terrarum homines illuc conuenire ſolent, arcana Sacra peracturi, ſacraque loca cogituri, ait Nicephorus lib. 8. Eccleſi. hiſt. cap. 50. Imò ex omnibus perpetuò prouincijs, Hieruſalem plurimos petere precationis cauſa idem Auctor teſtatur. lib. 9. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 32.

Quin & ad iſtiuſmodi pias peregrinationes omnes vbique Chriſtianos inuitare & quaſi extimulare ac cogere etiam voluit ſacerrimus Imperator, cùm in terra Sancta, varijs in locis tam amplas tamque illuſtres exædificari curauit Eccleſias. Nam cum audiſſet Gentiles amore Deorum ſuorum, & odio veri Dei cultus, euertiſſe ſepulchrum Domini, & erexiſſe ibi ædem impuræ Veneri ſacram, ad partus virginalis contumeliam & obliterationem; iuſsit dirui phanum, & terram procul aſportari, extruique Templum magnificentiſsimum, vt habet Theodoretus Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 1. cap. 16 17 18. Nicephorus lib. 8. cap. 28. Et Hiſtoria Tripartita lib. 6. cap. 10. Vnde & Theodoretus

dicit,

dicit, omnes vndiq; Chriſticolas concurriſſe Hieroſolymã ad viſendã Tẽpla ab Helena (q̃ & ipſamet Hieroſolymã, licet iã cõfecta ætatis ex deuotione pęgrinata fuit & plurimas celeberrimasq; ſecũ extulit Reliquias) iuſſu Filij Impatoris extructa. li. 1. Eccl. hiſt. c. 18.

Tempore Iuliani Auguſti Apoſtatæ, circa Annum Domini 365. quo velut relaxatis frenis efferbuit in oẽm ſæuitiam Paganorũ feritas: violatũ eſt apud Sebaſten Paleſtinę vrbẽ S. Ioãnis Baptiſtæ ſepulchrũ: & cũ oſſa ipſius à Paganis prius funeſtis manibus diſperſa, poſtmodũ rurſus collecta igni cremarentur: factũ eſt diuina prouidentia, vt Religioſi quidã Monachi, qui de Hieroſolymis illuc p idẽ tẽpus orationis cauſa venerãt, mixti illis qui oſſa ad comburendũ colligebãt, quæcunque habere poterãt, diligẽtius & religioſius congregarẽt, & furtim ſeſe à Paganis ſubtrahẽtes ad religioſum ſuũ Patrẽ Philippũ Hieroſolymã Venerãdas RELIQVIAS perferrent: q indignũ ſeſe tanto theſauro ratus, per Diaconũ ſuũ Iulianũ, immaculatæ hoſtiæ ſacroſanctas RELIQVIAS ad Pontificẽ Max. tũc Athanaſiũ trãſmittit. Quas ille ſuſceptas, paucis arbitris, ſub cauato Sacrarij pariete incluſas, prophetico ſpiritu, profuturas generationi poſteræ cõſeruauit: vt refert Euſebij interpres Ruffi. li. Eccl. hiſt. 11. c. 28. Ex quib. liquidò apparet, & in primitiua ac puriore il

la

la Eccleſia, vt vocāt, hūc celebrē fuiſſe morē
vt & Reliqæ Sacræ religioſè aſſeruarētur, &
oratiōis ac deuotiōis gratia à pijs ſedulo viſi
tarentur. Adeò fuit, huius Apoſtatę Iuliani
tēporib. ꝑuulgatū & in ſolēni more poſitū,
ad loca S. & S. Reliquias, quas etiam multi
Imꝑatores & Imperatrices, Reges & Princi
pes ex terra ſancta allatas, cū magno honore
& pōpa ſuſcipiebāt, viſitabāt, & veneraban-
tur, deuotiōis, oratiōis, & ſolatij ergo ꝑegri-
nari, vt dictus Iulianus, impijſsim⁹ Apoſtata
& infēſiſsimus, ꝑinde hoſtis Chriſtianę fidei
doleret, & Sāctorū mortuorū ſepulchra tā ſe
dulò tātoq; cū fructu viſitari, & tantā ab om-
nib. in tales ꝑegrinos benignitatē & humani
tatis officia declarari; ſicq; Chriſtianiſmū mi-
rū in modū inclareſcere, propagari, & confir
mari; itaq; mandauit gentilibus pontificibus
ſimilia facere; vt ſic populum ſimplicem in
ſuam iterum infidelitatem facilius pertrahe-
rent: vt habet Eutropius lib. 11. de Iuliano.

THEODOSIVS magnus Imperator Au
guſtus. Omniū piorū iudicio Princeps reli-
gioſiſsimus, bellū cōtra Eugeniū initurus, nō
tā armorū, quā ieiuniorū orationūq; ſubſidi-
js ſeſe muniuit, circuibatq; cū Sacerdotib. &
populo omnia loca orationū, & ante Apoſto
lorū & Martyrū thecas iacebat humi, cilicio
amict⁹, auxilia, ſibi ſāctorū, fida interceſsio-
ne depoſcēs, & ad Chriſti vltionē hoc ſeſe bel

lum

lum inchoaſſe, ideoque iuſtiſsimum, cõmemorans: vnde & victoriam obtinuit; vt habet Euſeb. lib. II. cap. 33.

EVDOXIA neptis Theodoſij Augusti, cum ſedecim annis cohabitaſſet viro ſuo Hunericho Arriano, videns quod nihil in lucrãdo eo proficeret, clanculum fugit in Hieruſalem. *Adoratis autem locis Sacris ſalutatoq; Dominico ſepulchro*, auiæ ſuæ Eudoxię, paucis deinde diebus commorata, in ſancta Ciuitate diem clauſit extremum, omnibus Sanctæ Reſurrectioni relictis: Vt habet Nicephorus in ſupplemento hiſtoriæ tripartitæ paulò ante medium.

Quàm feruens & frequens piorum concurſus fuerit ad Reliquias BB. Martyrum Geruaſij & Protaſij, qui ſub Nerone paſsi, ab ipſo vero S. Ambroſio diuinitùs admonito inuenti, & in honeſtiorem locum non ſine miraculis translati fuere, ipſemet recenſet, & mirum in modum commendat B. Ambroſius: *Cognouiſtis, imò vidiſtis* (inquit Epi. 85.) *ipſi, multos à Dæmonijs purgatos plurimos etiam vbi VESTES SANCTORVM manibus contigerunt, quibus laborabant debilitatibus abſolutos; reparati vetuſti corporis miracula, quo ſe per aduentum Domini Ieſu, gratia in terris maior infuderat, vmbra quadam Sanctorum corporum pleroſque ſanatos cernitis. Quan-*

Quanta Oraria (Nota) *iactuantur; quanta indumenta ſuper RELIQVIAS SANCTISSIMAS, vt tactu ipſo medicabilia repoſcantur, gaudent omnes extrema linea contingere; & qui contigerit, ſaluus erit. Gratias tibi Domine Ieſu, quod tales nobis ſanctorum Martyrum Spiritus excitaſti, hoc potiſſimum tempore, quò Eccleſia tua maiora præſidia deſiderat.* Hactenus D. Ambroſius: quē Theodoſius ille Magnus, licet ab ipſo non ſemel acriter reprehenſus, & à templi ingreſſu ob cædes Theſſalonicenſium repulſus, & ad pœnitentiam publicam adactus, tanti fecit, virtutum illius celſitudine commotus, vt publicè in ſummo Templo Conſtantinop. vrbis exclamarit, Ambroſium noui vnum, qui ſolus dignè vocetur Epiſcopus.

Magnus ille & Sanctiſsimus BASILIVS, non ſolùm teſtatur ad ſepulchrũ Iulitæ Martyris plurimos ſuo tempore turmatim concurre ſolitos, ſanitatis recuperandæ & aliarum rerum gratia, Sermo. in D. Iulitam: Sed & ipſemet, relicto Gregorio Nazianzeno (vt ipſe ait in Monodia) Seleuciam ad Templum S. Theclæ, cùm ſeceſſus & quietis, tùm voti ſoluendi & ſupplicandi cauſa petijt. Moritur autem hic Baſilius circa Annum Domini. 380. cum Eccleſiæ, ſanctè & magna cũ laude, præfuiſſet annis octo.

S. EPIPHANIVS, qui moritur Anno 391. ſub Theodoſio Magno Auguſto, teſtatur in Vita Ezechielis Prophetę, etiam ſuo tēpore, tantam hominum multitudinem ad Monumentū Ezechielis Prophetæ confluere, precum & obſequij cauſa: vt loci incolæ, Chaldæi metuant ne eum aliquando aſportent. lib. de vitis Prophetarum in vita Ezechielis.

ARCADIVS Auguſtus Imperator, magni illius Theodoſij Filius, qui circa Annum Domini 397. ad Imperij gubernacula in Oriente eſt aſſcitus, & annis circiter tredecim imperauit, votum vouit, ſeſe ad S. Martyris Achatij reliquias peregrinaturū, & votū illud pſonaliter ipſemet deuotè exoluit, nō ſine ſubſequente euidenti miraculo: vt ſcribit Paulus Diaconus lib. 13. de Geſtis Romanorum. §. de Arcadio & Honorio.

Centuria quarta.

Anno 400.

EVDOXIA Auguſta Theodoſij Iunioris Imperatoris Chriſtianiſsimi Vxor, vouit ſeſe acceſſurā & viſurā Hieroſolymā, ſi poſſet ſuperuinere ad nuptias vſq; Filiæ ſuæ: atq; ita peractis nuptijs eſt profecta, cùm voto tū iuſſu Theodoſij Auguſti, vt Chriſto grates redderet pro omnibus beneficijs: vt habes hiſt. Tripart. lib. 12. cap. 15. Idem habet Fre-

cul-

culphus Epiſcopus Lexouienſis Tom.2.lib. 5.cap.11. Sic ferè Paulus Diaconus quoq;: & dicit eam adoratis tam ſancta Cruce; quâ colendis locis, reuerſam eſſe li.14. de geſtis Romanorum. § de Theodoſio Iuniore. Ado Epiſcopus Viennenſis dicit eam ſecum ex illa peregrinatione, attuliſſe Reliquias S. Stephani, quas in Baſilica S. Laurētij honorificè poſitas oēs adorant: vt habet in Chronicis: & Nicephorus Monachus, in ſupplemēto hiſt. Tripart. Sigebertus teſtatur eandem, præter Reliquias S. Stephani, duas quoq; Cathenas quib. S. Petrus ab Herode fuerat vinctus, ſecū retuliſſe. Niceph. li.14. ca. 5. & 23. teſtatur quoq; eā in die Paſchæ obtuliſſe, in hac peregrinatione, decies mille ſextarios olei in vſum lucernarum ad reſurrectionem Domini celebrandā: Similiter & Ioan. Zonoras Tom. 3. § de Theodoſio Iuniore. Quod & Filiā Eudoxiā feciſſe idē teſtis eſt Niceph. li.15. c.12.

D. HIERONYMVS, præterq̄ quod ipſemet in Palæſtinā ꝓfectus, eāq; vniuerſam religionis ergo pagrauit, & ſancta quoq; Chriſti Incunabula. Itē & Sanctorū Reliquias Romę deuotè inuiſit, vt cùm alibi tū in c.40. Ezec. diſertè teſtatur: ſimul etiā teſtatur, & magna cum laude, ſimilem in alijs Religionis & deuotionis zelū fuiſſe, recēſet approbatq;. *Lōgū eſt*, inquit De viris illuſtrib. *nūc ab Aſcenſu*

Domini (attẽde) *vſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorum. veniunt Hieroſolymam pu tantes ſe minus religionis, minus habere ſcientiæ; niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruſcauerit.* Et dicit, eò, cùm ab alio omni orbe, tùm ab extrema Britannia quoque religionis ergò pios veniſſe homines. Rurſus; *Venerabantur*, inquit Epiſt. ad Marcellam, *Iudæi Sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubin & propitiatorium, & arca Teſtamenti, manna, virga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi venerabilius videtur ſepulchrum Domini? Quod quotieſcunque ingredimur, toties iacere in ſindone cernimus Saluatorem, & paululum ibidem com morantes, rurſus viderimus Angelum ſedere ad pedes eius, & ad caput ſudarium conuolutum. Cuius ſepulchri gloriam multò antequàm excu deretur à Ioſeph, ſcimus Eſaiæ vaticinio prophetatum dicentis; Et erit requies eius honor.* Quæ quoque huius S. Viri Sententia fuerit de Re liquijs Sanctorum religiosè translatis, veneratis viſitatiſque, ſatis ſeſe explicat, quando cum Vigilantio illo, verius Dormitantio, Reliquiarum præcipuo Inſectatore, Praauo Hæreticorum & Hagiomachorum noſtri Temporis, ex propoſito pro Reliquijs & ca-

earum cultu in Eccleſia Catholica celeberrimo vſitatiſsimoque depugnat. *Si Sacrilegi ſunt*, inquit Epiſto. contra Vigilantium, *qui Martyrum Reliquias venerantur; Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui Sanctas Reliquias Andreæ, Lucæ & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt & inhabitatores Vigilantij, illarū ſe ſentire præſentiam confitentur. Sacrilegus dicendus eſt & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa B. Samuelis, longo poſt tempore de Iudæa tranſtulit in Thraciam. Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſſimam & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo* (Nota) *portauerunt, ſtulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt Sanctis Reliquijs, & tanta lætitia, quaſi præſentem, viuentemq́; Prophetam cernerent, ſuſceperunt: Vt de Paleſtina vſque Calcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarent?* Quibus verbis D. Hieronymus ſatis manifeſtè teſtatur, non ſolùm ſuperſtitioſos quoſdam vt obganniunt hæretici, aut priuatas mulierculas, ſed & Imperatores maximos, Epiſcopos Sanctiſsimos, atq; adeo, vt ipſe ait, omnium Eccleſiarum populos in viſitandis venerandiſque Reliquijs fuiſſe longè deuotiſsimos, religioſiſsimoſque, idque ſua ætate, ante annos 1160. nam circa Annum 422. ſub Hono-

rio & Theodoſio Iuniore moritur, anno ætatis ſuæ 91.

SIDONIVS Appollinarius Aruernenſis Epiſcopus, idemq; vir diſertiſsimus, ad Hieronymum ſcribens, ingenuè & propalá fatetur ſe ad limina ſeu Reliquias Apoſtolorum peregrinatum, ibique optatæ ſanitatis compotem fuiſſe factum. lib. 1. Epiſt. 5.

S. PAVLINVS Hieronymi coæqualis atque etiam vtcunque coæuus, teſtatur in Natalibus S. Felicis, quotidie affluere infinitam Populi turbam ex omnib. mundi partibus: præſertim aũt circa natalẽ S. Martyris. Et in Natali eius, commendat Nicætam Epiſcopum Daciæ, congratulaturq; plurimum aduentũ eius ad Feſtiuitatem, cui neq; Prophetas neq; Patriarchas, nec Apoſtolos, nec Martyres, nec ipſos Angelos adeſſe ambigit, & oſtendit ei oẽm Templi Fabricã, variasq; picturas, & Cineres quoq; ſacros Apoſtolorũ Andreæ & Thomæ, & Ioannis Baptiſtæ, & Lucæ Euãgeliſtæ, & multorũ Martyrum, Agricolæ, & Vitalis, Proculi, Euphemiæ, Nazarij & aliorũ. Idem quoq; S. Paulinus teſtatur in Vita S. Ambroſij, quam hortante D. Augu guſtino, conſcripſit fideliter, quod tempore S. Ambroſij, SS. Martyres Nabor & Felix celeberrimi frequentabantur. *Et cum* (inquit) *in eadem Baſilica requieſcerent quoq; SS. Martyres*

tyres Geruaſius & Prothaſius, & ſicut ſepulchra ita & nomina ignota eſſent, ſeſe Sacerdoti Ambroſio reuelauerunt. Cumq́; corpora eſſent leuata, ſtatim plurimæ ægritudines curatæ ſunt. Suntq́; translata ad quandam Eccleſiam Ambroſianam dictam, quo magno confluxu concurritur à varijs infirmis, adeo (attende) *vt Cæci Martyrum veſtem attingẽtes, viſum recipiant. Quibus Martyrũ beneficijs, & fides Catholica creſcebat, & Arrianorũ perfidia minuebatur. Quanquã peruerſi quidã gratiã Dei riderent, quã Eccleſiæ, Martyrũ meritis, cõferebat, Ambroſiũ mẽtientes pecunia conduxiſſe, qui ſe tali aut alio morbo vexari fingerent: imitantes nimirũ Iudæos, qui opera Chriſti in calũniam rapiebant.* Itẽ, de Peregrinatione Hieroſolymitana, ſic quoq; ſcribit, ad Deſideriũ: *Nõ aliter,* inquit, *affectus homines ad Hieroſolymã rapit, niſi vt loca, in quibus corporaliter præſens fuit Chriſtus videãt atq; cõtingãt; poſſintq́; & de ſuo fructu dicere: Introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco, vbi ſteterũt pedes eius.* Epiſto. 11. ad Seuerum Sulpitium; celeberrimam ad S. Crucem peregrinationem frequentatam: & ſe ipſum Romam votorum perſoluendorum gratia profectum, teſtatur Epiſtola 13.

D. GREGORIVS Nazianzenus, In oratione in nouũ Dominicũ tempus vernum, di-

dicit, in Feſtis Martyrum, vndique cateruatim populum concurrere ad Martyrum Tēpla velut ad paſcua. Idem hic Sacer Præſul, Apoſtatam Iulianum Martyrum Chriſtianorum hoſtem. & eorundem poſt mortem per Reliquias miraculorum inſectatorem ac calumniatorem impijſsimum, compellans, ſcitè ſimul noſtros modernos nouos Vigilantianos perſtringit, *Nunquid*, inquit in orat. cont. Iulianum, *magnos timuiſti certatores, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam quoque, nec non alios, qui tam poſt, quàm ante illos pro veritate ſunt periclitati; quiq; contra ignem, ferrum, beſtias, & tyrannos, alacriter decertarunt, præſentibusq; malis, ac comminationibus, tanquam in alijs corporibus, aut corpore carentes, reſtiterunt? Cuius rei gratia? quo pietatem, nec verbo quidem proderent. Quibus magni repoſiti ſunt honores, & panegyres; à quibus* (Nota) *dæmones expelluntur, infirmi ſanātur; quorum ſunt apparitiones & liberationes; quorum etiam Corpora*(attēde) *ſolum ſiue tacta, ſiue venerata, eadem poſſunt, quæ & ſancta anima. Quorum ſanguinis aſperſiones, ſolum, & minima paſſionis Symbola, eadem faciunt quæ & corpora. Hæc tu haud veneraris, ſed dedecore afficis.*

Fuit hic Gregorius Baſilio Magno arctiſ-

ſima

ima neceſsitudine coniunctus, & D. Hieronymum in diuinarum Scripturarum ſtudijs auditorem & Diſcipulum habuit: in Eccleſia Græca tantæ auctoritatis habitus, vt quicunque teſtimonio eius refragari auderet, ſtatim vel hæreticus æſtimaretur, vel eius ſuſpicione notaretur.

D. AVRELIVS AVGVSTINVS quid de Reliquijs Sanctorum, & miraculis ibidem edi ſolitis ſenſerit, ſatis luculentè teſtatur, varijs in locis Tomo 2. Epiſt. 137. inter alia ſic ſcribit: *Vbique quidem Deus eſt, & nullo continetur vel concluditur loco, qui condidit omnia, & cum à veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet, & coronet. Veruntamen ad iſta quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius conſilium perſcrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs locis non fiant? Multis enim notiſſima eſt ſanctitas* (Nota) *loci, vbi B. Felicis Nolenſis corpus conditum eſt, quo volui vt pergerent, quia inde nobis facilius fideliuſq; perſcribi poteſt, quicquid in eorum aliquo, diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani APVD MEMORIAM SANCTORVM, vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quendam, quia ad eum locum venerat, vt falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe confite-*

fieri furtum, & quod abſtulerat reddere: nunquidnon & Aphrica Sanctorum Martyrum corporibus plena eſt? Et tamen nuſquam hic ſcimus talia fieri. Sicut enim quod Apoſtolus dicit: 1. Corinth. 12. Non omnes Sancti habent dona curationum, nec omnes habent diiudicationem ſpirituum, ita nec in omnibus Memorijs Sanctorum iſta fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuiq; pro vt vult. Idem lib. 22. de Ciuitate cap. 8. ex profeſſo perquam multa enarrat miracula, potiſsimùm quæ apud Memoriam S. Stephani, ad quam turmatim & certatim ab omnibus concurrebatur, diuinitùs fiebant, quæ omnia hic inſerere nimis prolixum foret: legat qui volet, integrum caput: & inueniet, quod eum non parum in fide Catholica confirmabit. Ponit inter alia quoque ibidem hæc verba. *Si enim miracula ſanitatũ, vt alia taceam, modo velim ſcribere, quæ per hũc Martyrem, id eſt glorioſiſſimum Stephanum, facta ſunt in Colonia Calamenſi, & in noſtra: plurimi conficiendi ſunt libri. Nec tamen omnia colligi potuerunt, ſed tantum de quibus libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis.* Adeo aũt S. hic Antiſtes, quẽ moderni Euangelici Doctorem omniũ Doctorũ nuncupant, non improbauit ſolennẽ illã populi & deuotã frequentiã ad B. Stephani reliquias ob miracula ibi experta, vt etiam ea miracula toti poſterita-

ti ſcripto conſecrarit, ſimulq; atteſtatus fuerit, nō modo iſtiuſmodi vera & diuina miracula fuiſſe, nec quicq̄ ſuperſtitionis coniunctū habuiſſe, ſed etiā ideo facta, vt fides Chriſtiana de vero Deo, & de futura reſurrectione inde plurimū redderetur illuſtrior & confirmatior. *Ei tamen*, inquit, lib. 22. cap. 9. *atteſtantur hæc fidei, in qua carnis in æternum reſurrectio prædicatur*. Et cap. 10. eiuſdem libri. *Faciunt iſta Martyres, vel potius Deus, vel operantibus aut cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos non Deos eſſe noſtros, ſed vnum Deum habere nobiſcum credamus.*

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS quanti fecerit Sacras Reliquias, quanti itidē deuotam earūdem viſitationem, quam ſedulò quoq; (cum ipſi per curas Eccleſiaſticas, licet alioquin ſummo eius teneretur & flagraret deſiderio, accedere nō eſſet integrū) ſuos ad eas religioſè viſendas, cū promiſsione ingētis gratiæ, adhortatus fuerit & veluti extimularit; ſatis euidēter apparet ex homil. 28. poſt reditū prioris exilij: & ſer. 25. de Aſcen. Dom. Expreſsiſsimè verò ſuā hac de re ſententiā prodit hō. 18. in Gen. circa illud: Erat vterq; nudꝰ: Et ſup illud Eph. 4. Ego vinctꝰ in Dño, &c. Itē hom. 17. de Natiuitate ſeptē Machab. & ho. 5. ad populū Antioch. ho. 5. de B. Iob. hom. qđ Chriſtus ſit Deꝰ, ſicuti nos in

ſe-

ſequentibus fortè ad longum aſcribemus. Quin & eiuſdem vox luculenta eſt: Romam quæ vrbium eſt Regaliſsima, relictis omnibus ad Sepulchra Piſcatoris & Pellionis (id eſt Petri & Pauli) currunt & Reges, & Præſides, & Milites. In de demõſtrat, quod Chriſtus ſit Deus aduerſus gentes: quibus verbis ſatis manifeſtè, ſuo tempore ad Reliquias SS. Apoſtolorum Romam peregrinari, fuiſſe omnibus ordinibus & ſtatibus non ſine feruore vſitatiſsimum, teſtatur. Ipſiuſmet vero Ioannis Chryſoſtomi, in reditu à ſecundo exilio, cum in Templo Sancti Baſilici Martyris in Armenia oraſſet, atque ab eo noctu, ſeſe poſtridie illi coniunctum iri, per reuelationem didiciſſet, defuncti ſacras Reliquias, quanta cum ſolennitate obuij quique in nauigijs, pro terra vſi pelago, fauces boſphori lampadibus contexentes tranſtulerint pij fideles: quamque humiliter eas Theodoſius Iunior Auguſtus, inſtar maximi theſauri, oculis ac facie in arcam procumbens, ac veniam pro erratis ſuorum parentum orans, exceperit atque veneratus fuerit, teſtantur Theodor. lib. 5. Eccl. hiſt. c. 34. Et Niceph. Eccleſ. quoq; hiſt. li. 14. c. 43.

THEODORETVS, Græcus etiam celeberrimus & vetuſtiſsimus auctor, B. Cyrillo Coætaneus, qui circa Annum Domini

450.

.50. floruit, tale quoque non ſine laude, con
ra gentiles criminationes; à quibus noſtri
hæretici ſua quoque hauſerunt & mutuati
unt conuicia & in Martyrum miracula blaſ-
phemias; de Chriſtianorum peregrinationi-
bus ſuo tempore frequentiſsimis ad Di-
uorum memorias & ſepulchra, deuotionis,
& ſanitatis conſequendæ gratia, fert teſti-
monium. *Martyrum,* inquit, De Curat. aſ-
fect. Græcarum, lib. 8. *Templa conſpicua cer-
nuntur magnitudine præſtantiaq́, omni præter-
ea ornatus genere variata* (Nota de Templis i-
ſtius ſeculi ante Anno 1130.) *ſplẽdoremq́, quo-
dammodo pulchritudinis ſuæ latè fundentia.
Neque verò ad hæc per annum ſemel, aut bis,
aut quinquies* (Nota) *aduentamus, ſed in eis ſæ
penumero dies feſtos peragimus, ſæpe diebus ſin-
gulis eorum Martyrum, Domino laudes, hym-
noſq́, cantamus: quique homines proſpera ſunt
valetudine, conſeruari eam ſibi à Martyribus
petunt: qui vero ægritudinem aliquam patiun-
tur, ſanitatem expoſcunt. Inſuper & ſteriles vi-
ri & mulieres, dari ſibi filios petunt: qui vero
parentes ſunt integra ſibi & propria cuſtodiri,
quæ conſecuti ſunt dona. Item qui peregrè ali-
quò proficiſcuntur petunt Martyres ſibi comi-
tes eſſe in via, vel potius itineris duces: qui vero
iam hoſpites redierunt, gratias agunt, acceptum
beneficium confitentes. Non qui ſe ad Deos acce-
dere*

dere arbitrentur, ſed (nota) *qui orent Dei Martyres, tanquam diuinos homines, interceſſoresq́; ſibi eos apud Deum aduocent, ac precentur. Piè verò fideliterq́; precatos ea maximè conſequi, quæ deſiderant* (nota, quibus modis probet ab euentu & diuinis miraculis, populi deuotionem Deo eſſe placitam minimeq́; ſuperſtitioſam) *teſtantur illa quæ votorum rei dona perſoluunt, manifeſta nimirum adeptæ ſanitatis indicia. Nam alij quidem oculorum, alij verò pedum, alij porrò manuum ſimulachra ſuſpendūt ex argento auróue cōfecta. Gratiſſimè nãq; accipit eorum Dominus, qualiacunq; ſunt dona: nec exigua nec vilia dedignatur, quippe quia ea proferentis facultate metitur. Hæc itaq; omnium ſpectaculo exporrecta, teſtãtur morborũ depulſionẽ, cuius ipſa certiſſima ſigna ſunt, à ſanitatẽ conſequutis allata; hæc inquam ſepulcorũ ibi Martyrum, quæ ſit virtus oſtendunt: Martyrum autem virtus* (nota cauſam finalem miraculorũ apud Diuorum Reliquias) *quem ipſi coluerunt, Deum verum eſſe declarat.*

D. MARTINI reliquiæ cum quanta religione ex omnibus penè Chriſtiani orbis partibus, non à plebeis ſolùm ſed & Imperatoribus & Regibus ſint, non ſine miraculorum fructu, viſitatæ, Seuerus Sulpitius in Dialogis de eius vita : & Fortunatus in vita D. Martini, quam 4. libris complexus eſt. & Pau

lus

lus Diaconus lib. 2. de Geſtis Longobardorum cap. 9. teſtantur.

Centuria quinta.

Anno 500.

PROCOPIVS hiſtoricus, à commentarijs Boliſario Patricio, tempore Iuſtiniani, ſcripſit ſex libros in laudem & cōmendationem Iuſtiniani Auguſti primi (qui circa annum Domini 527. ad Imperij gubernacula euectus, ſumma cũ laude & pietate ea eſt moderatus, annis circiter 38.) quod tot tãq; auguſtas Diuis extruxerit Baſilicas religioſiſsimi certè animi ſpecimẽ, &c. Vnde Deꝰ plurima miracula p̃ſtitit p̃ Sãctas Reliquias ibi repoſitas, & à populo turmatim viſitatas: adeo vt & oleũ effluxerit ex Reliquijs. Vnde Iuſtinianus æger pſuſus & alij multi curati ſunt.

Centuria ſexta.

Anno 600.

Tẽporibus Albarici Gothorũ Regis, CLODOVAEVS Frãciæ Rex factus Chriſtianus cum bellum aduerſus Gothos inſtitueret, vt illud felicius expediret, & victoriæ fieret cō pos, quia perſonaliter nō poterat peregrinationẽ abſoluere, legatos ſuos miſit ad ſepulchrum D. Martini, vt ibi pro ſe oblatis ampliſsimis muneribus, preces funderẽt: vt teſtatur Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſt. c. 37.

Simi-

Similiter & CHILDERICVS Francorum Rex, cum multis deuotiſsimè peregrinatus eſt ad ſepulchrum D. Germani Epiſcopi; vbi accepiſſet, paralyticum ibidem eſſe ſanitati reſtitutum: vt idem Gregorius Turonenſis lib.5. Hiſt. cap. 22. teſtatur. Vide & Gregorium Magnum in libris 4. Dialogorum, & lib. 3. Epiſt. 30. ad Conſtantiam Auguſtam.

Centuria ſeptima.

Anno 700.

CAROLOMANNVS Caroli primi filius, Pipini frater, vouit peregrinationem Romam, & eâdem fideliter obiuit. teſte Ammonio lib.4. cap.60.

PIPINVS eiuſdem Caroli Primi Filius, Pater Caroli Magni, quia ob aduerſam valetudinem peregrinari non poterat, curauit ſeſe infirmum ad ſepulchrum D. Martini deportari. teſte eodem Ammonio li. 4. ca. 67.

Concilium Nicenũ 2. Anno Domini 781. celebratum fuit, in quo non Imaginum ſolùm, ſed & SS. Reliquiarum cultus aſſeritur.

Centuria octaua.

Anno 800.

CAROLVS MAGNVS Paternæ pietatis inſignis æmulator, & Chriſtianę Religio-

ligionis ſicut & Imperij per Germaniam primus ferè & præcipuus ſator, inſtaurator & propagator, Romam peregrinatus eſt circa Annum Domini 801. vt ſepulchra SS. Apoſtolorum Petri & Pauli veneraretur: vt idẽ recenſet Ammonius lib. 5. cap. 52. & 53. Huius Imperatoris, multis nominibus verè Maximi, quanta fuerit erga Deum, & eius Sanctos, maximè verò Virg. Matrem, religio, quanta deuotio & quàm ſincera pietas; quámque nullis aut ſumptibus, aut laboribus & curis in diuino diuorumque cultu promouendo pepercerit, ſatis luculenter & manifeſtè teſtantur magnificẽtiſsima abs eo vel reſtaurata vel de nouo exædificata templa & monaſteria. Videre fuit ſub hoc magnificentiſſimo atque adeo diuino Principe, eiuſq; Filijs ac Nepotibus, vt antea nunquam, in Borealibus Mundi partibus, complures Epiſcopatus inſtitui, multas & præclaras Baſilicas, Cœnobia & ędes ſacras vel conſtrui, vel amplificari, ac nouam quaſi faciem & lucem Religionis, ſi verum fatendum eſt, in Septentrione, vbi mera ferè impietas atque barbaries hactenus dominabatur, mutatis rerum vicibus, apparere: quod veteris & Catholicę Eccleſiæ ritus, ordines, & cæremoniæ tunc primum decenter introducerentur, aut bona ex parte reformarentur. Adeò vt Sebaſti-

anus Munſterus, quantumuis alienus à Catholica Eccleſia, lib. 3. Coſmographiæ, fateri nolit velit cogatur, quod in Heluetia, & Alemania, Campidonenſe, Diſertinenſe, iuxta ortum Rheni, Fabarium, S. Galli, Augiæ maioris, Murbacenſe aliaque plurima Monaſteria fundârit. Imò verò, vtor verbis ipſius Munſteri, nullam inſignem ſacram Aedem per Germaniam, & vtramque Franciam indotatam reliquit, quod & literæ, & R E L I Q V I AE, & Templorum ornamenta etiamnum teſtantur. hactenus Munſterus. Extat inter alia Aquiſgrani Templum inſigne & ſplendidiſsimum, ab eodem iſto Diuino noſtro Carolo Magno, vt multi de eo ſcribentes annotarũt, conditum, & Sanctiſſimæ Deiparæ dedicatum. Hanc Aedem magnificus atq; munificus hic Imperator ſumptuoſiſsimè exædificauit, multasq; colũnas marmoreas ex varijs Italię locis aduectas illuc intulit, ac magnum præterea præſtantiſſimumq; Theſaurum ſacrarum atq; exquæſitiſsimarum Reliquiarum, quem inde à Paleſtina ſingulari ſtudio collectum adportauerat, ibidem deponi, & ſtatis temporibus Populo ſpectandũ reuerenter exhiberi, pro ſua ſumma pietate decreuit. Auētinus, lib. 4. Analium Boiorum, hoc Templum toti Europæ venerabile, & ex publicis operibus, quæ

Carolus fecit, præcipuũ vocat. Nec dici poteſt, quanta Virginis Matris ab eo tẽpore in hoc auguſtiſsimo Templo fuerit veneratio. Durat in noſtrã vſq; ætatẽ frequens piorum ad eandem ſacerrimã AEdem, maximè ſingulis ſeptennijs, peregrinatio, adeo vt permulti remotis etiã è locis, ac ex media quoq; Pannonia, religionis ergò Aquiſgranum petant, ibiq; ſuam erga Deiparam & ſacroſanctas precioſiſsimasq; Reliquias obſeruantiã pia liberalitate & liberali pietate (nihil morati, quod quidam degeneres Germani, iſtiuſmodi deuotionem, ſicut decebat & olim ſolebat fieri, non modo non ſedulò quoq, exerceant, ſed etiam præterea ſannis & conuicijs proſcindant) publicè & incunctanter atque adeo audacter etiam & ſolenniter teſtatam faciunt.

Huius primi Germanici Imperatoris, (vt in re bellica feliciſsimi, & in gubernanda Republica ſapientiſsimi; ita in curandis Eccleſijs & puriore doctrina, religioſiſsimi Principis; qui ſubacta iam ſibi Saxonia, nouem etiã Cathedrales, ſeu ſedes Epiſcopales, ad ſacrũ cultũ propenſius amplificandũ, erexit) pientiſsimũ & nunq̃ ſatis in prouehẽda & ornãda Catholica Religione laudatũ Zelũ, Filius Lodouic9, appellatus pius, Lothari9 itẽ, Dagobert9, & multi alij Impatores & Reges Chri-

ſtianiſsimi,ita ſedulò & feruenter ſunt imitati, vt planè ſuperuacaneum nimis etiá prolixum & tædioſum fuerit,per plures Annorum Centurias,Imperatorum & populi; qui plerunque Magnatum exemplis pijs, plus mouetur quam doctrinis;erga Diuorum cultum & Sanctorum Reliquias Memoriasque deuotionem & admirabilem pietatem,vlterius velle recenſendo perſequi.

Certè adhuc temporibus D.Bernardi hũc ſanctarum Peregrinationum frequentiam viguiſſe, & erga Sanctas Diuorum Reliquias zelum & ardorem necdum deferbuiſſe, ipſemet ſatis manifeſtè inſinuat,quãdo D.Malachiam Hyberniæ Epiſcopum,qui circa Annum 1143. floruit, Vitam eius deſcribens, menſem integrum, quo fuit in Vrbe, inuiſendis Sacris locis,& cauſa orationis frequẽtandis inſumpſiſſe,ſummam in laudem ipſius,commemorat:in Vita Malachiæ.Moritur autẽ hic S. Bernardus Anno Dominici partus 1153. Temporib. Conradi 3. & Frederici Imperatorum.

Clarum igitur & indubitatum eſt, ritum hunc, Sancta loca, & Sacras Diuorum Reliquias religiosè inuiſendi, & ad eas,peregrinationes etiam inſtituendi vouendique,non poſtremo hoc & vltimo ſæculo recèns natum,aut lucelli gratia, ab ocioſis aut ſuperſti-

ſtitioſis adinuentum; ſed in prima ua illa & puriore, vt vocant, Eccleſia, ex pia & fideli deuotione cœptum, non à rudi vulgò ſolùm ſed à magnis etiam & ampliſsimis heroïbus & doctiſsimis iuxta ac ſanctiſsimis Patribus, per mille ducentos annos; vt de poſterioribus ſæculis, quibus aduerſarij ſuperſtitionis & corruptæ fidei litem, licet falsò, intendunt, nihil dicam, publicè vſitatum & celeberrimis exemplis, atque etiam miraculis propemodum infinitis confirmatum, & ad nos continua religione deriuatũ eſſe. Quanti verò vſus iſte illuſtris Eccleſię, (quem vel ſolum contra contentioſos valere & ſufficere etiam, Sanctus ille Apoſtolus Paulus cenſebat. 1. Cor. 11.) per tot annorum chiliades, & tantas populorum, & fidelium etiam Principum, myriades continuatus & conſecratus & poſteritati veluti per manus traditus, apud verè & piè Chriſtianos valere meritò & æſtimari debeat, pijs & cordatis iudicandum relinquo. Certè vel ſaxeum vel ſtolidũ vel porrò omnis pietatis vacuum eſſe oporteat, quem tam ſancta pręſcriptio, & tam pia & magnifica exempla, & teſtatiſsima inſuper miracula, ad ſimilem pietatem & religionem non percellant, excitent, atque permoueant.

XV.

Quid porrò Eccleſia, & Sancti ac probati Eccleſiæ Patres & Doctores, de Sanctarum Reliquiarum veneratione, cultu & viſitatione indicauere?

Non rudes duntaxat & ſuperſtitioſæ, vt garriunt prophani Hagiomachi, Mulierculæ, iam olim SS. Reliquias deuotè viſitarunt, & religiosè feruenterque veneratæ, & ad eas certatim peregrinatæ ſunt: ſed & doctiſsimi Patres, & illuſtr ſsimi Principes quin & Imperatores maximi ipſum ſedulò, incūctanter & ſumma cum fide & pietate fecere: ſicuti proximè à nobis ex probatis & fide dignis Chronologis Hiſtoriographis Eccleſiaſticis, imò & ipſorummet SS. Patrū Monumentis, teſtatum & exploratum fecimus. Necquicquam igitur Aduerſarij SS. Reliquiarum cultum, & Peregrinationum ſacrarum vſum, ex ignorantia vulgi & ſuperſtitione profectum, nunquam verò ab Eccleſia & Eccleſiaſticis Scriptoribus approbatum commendatúmue, cauillantur.

Sed enim, tametſi ex ſuperioribus luculenter ſatis & certò appareat, quæ Sanctorum Patrum, quos & ipſi quoq, Aduerſarij probatos habent, de SS. Reliquijs ſententia fuerit: quando tanta cum laude eos, qui illas deuotè viſitarunt, celebrant, & etiam plerique

que ex illis ipſimet illas ſeſe religioſè viſiſſe, liberaliter teſtantur : & nemo niſi vècors & inſani cerebri tantos Principes & Heroës ignorantię tam craſſæ, aut ſuperſtitionis tam immanis, qualem Nouatores in Reliquiarum cultu committi volunt, quantumcunq; commune vulgus errori addictum aut obnoxium eſſe queat, inſimulare traducerêue poterit vel audeat: tamen, vt aduerſarijs os potentius obſtruatur, & omnes Catholici & veritatis amatores intelligant euidentius, quid vera & germana Eccleſia Dei : quæ cũ ſit veritatis columna & firmamentũ, 1. Tim. 3. errare vtiq, nequit : & ſancti atq; probati Eccleſiæ Patres ac Doctores, de SS. Reliquiarum energia, cultu, & religioſa viſitatione iudicarint, & fideles Chriſtianos docuerint, placet præter proximè allata teſtimonia, pauca quædam & inſigniora adhuc hoc loci in medium adferre: ac primò quidem quid Sacroſancta Eccleſia hac de re ſenſerit & in SS. Concilijs decreuerit proponemus.

Concilium GANGRENSE prouinciale, habitum Anno circiter 324. confirmatũ verò in ſexta Synodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata. *Can. 20. Si quis ſuperbia vſus affectu conuentus abominatur, qui ad Confeſſiones Martyrum celebrantur, & miniſteria, quæ in eis fiunt* (ſicut faciebant tunc

Euſtachius, & ab eo dicti Euſtachiani, contra quos Synodus iſta conuenit) *ſimul cum eorum Memorijs execratur, Anathema ſit.*

Concilium CARTHAGINENSE quintum, Anno 438. cui & B. Auguſtinus interfuit; in eadem ſexta Synodo generali, ſicut omnia Concilia Carthagini habita, confirmatum, *Can. 14.* vetat vllas Baſilicas ſine Martyrum Reliquijs dedicari, ſic decernés: *Placuit vt altaria quæ paſſim per agros aut vias, tanquam Memoriæ Martyrum conſtituuntur, in quibus nullum Corpus aut Reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recta ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuincti teneantur. Et omnino nulla Memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi aut ibi Corpus aut aliquæ CERTAE RELIQVIAE ſint, aut vbi origo alicuius habitationis vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur.*

Concilium ſecundum NICENVM, quod Græci ſeptimum generale appellant, Anno 781. Imperantibus Conſtantino VI. & eius Matre Irene, ſub Epiſcopo vrbis Romæ Adriano Papa, celebratum fuit, contra eos qui Imagines in Eccleſijs damnant, & eijciunt:

in

in quo imaginum expreſsiones amplectendas & relatiuè adorandas eſſe, & honorandas Reliquias Sanctorum, decretum eſt: inter alia verò ſic loquitur, *Act.3. Apoſtolicas autem Eccleſiæ traditiones, quibus veneratio culturaq́; Sanctorum docetur, recipimus & veneramur. Eos autem vt Miniſtros, Amicos, & Filios Dei exiſtentes honoramus. Honor enim qui à conſeruis idem ſentientibus inuicem exhibetur, indicium eſt beneuolentiæ erga Dominũ. Sunt enim promptuaria Dei, & pura Chriſti habitacula, Spirituſq́; Sancti immaculata ſpecula. Sãcti enim in Dei manu ſunt, ob idque precioſa in conſpectu Domini, mors Sanctorum eius. Seruator noſter Chriſtus fontes ſalutares, SANCTORVM RELIQVIAS nobis reliquit,* (Nota) *multis modis beneficia fundentes: Martyrum enim oſſa* (iterum aduerte) *virtutes multas operantur, atq; id per Chriſtum qui in illis habitat.*

Act.7. Poſtquam ſex priores vniuerſales Synodos approbaſſet, pronũciatoq́; & profeſso Fidei Symbolo, & damnatis omnibus hæreticis, quos & ſex Vniuerſales Synodi dãnauerant, poſt documẽtum, quo pacto ex Traditione Apoſtolica & Eccleſiaſtica, Imagines habendæ & venerandæ ſint; tandem hunc in modum inter alia concludit:

Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut do-

cere, aut more impiorum hæreticorum Eccleſiaſticas Traditiones contaminare, aut nouam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de conſecratis Eccleſiæ abijcere, Euangelij, inquam, depictum codicem aut figuram Crucis, aut Imaginis alicuius picturam, AVT RELIQVIAS MARTYRVM (ſub his, & aliorum Sanctorum Reliquias intellige) *quas ſciuerit eſſe germanas & veras, aut contra iſtas vafrè aliquid & improbè cogitare, quod ſit contra conſtitutionem Eccleſiaſticam, aut vti tanquam communibus ſacratis Deo, repoſitis precioſis, aut monaſterijs reuerendis, ſi fuerint Epiſcopi aut Clerici* (nota) *deponuntor: ſi Monachi aut Laici Communione priuantor.*

Huic Synodo interfuere & ſubſcripſere 350. Epiſcopi & his quoque vocibus ſucclamauere: Omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbãtes ſubſcripſimus. Hæc eſt fides Apoſtolorum, hæc eſt fides Patrum, hæc eſt fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit, &c.

Canone quoque ſeptimo huius ſeptimæ Sinodi cantum eſt, ne vlla Templa ſine Sanctorum Reliquijs conſecrentur, his verbis: *Qui venerabilium Imaginum aſpectum ex Eccleſia ſuſtulerunt, alios quoque mores reliquerunt, quos quidem oporteat renouari, & tam ex iure ſcripto quam non ſcripto ſic obſeruari. Quæcunque*

ergò

ergò Templa conſecrata ſunt abſque Reliquijs Martyrum, in ijs ſtatuimus fieri Reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem Templum conſecrauerit ſine ſanctis Reliquijs, deponatur.

In Concilio MOGVNTINENSI Anno Domini 813. ſub Leone III. & Carolo Magno, celebrato, Canone 44. pro vt citat Mermannius Aloſtanus libro primo, de Rogationibus, & Peregrinationibus cap. 6. *Peregrinationes ad certas Sanctorum Reliquias, aut ad Templa Memorijs eorum dedicata, vel ob id populo Chriſtiano permittendæ cenſentur, vt ex ipſorum locorum admonitione, ad Sanctorum imitationem incitentur, & deuotis ſe meritis ipſorum ſocient, & precibus commendent: modo non admittantur paſſim nouæ aut incertæ Reliquiæ ſine auctoritate, aut ne ad quæſtũ proponantur, neq; concurſus ſuperſtitioſi fiant ad ſtatuas, præcipuè locis prophanis nulla auctoritate erectas.*

Concilium CABILONENSE, cap. 45. reprehenſis quorundam corruptelis & abuſibus circa peregrinationes; ſicut & facit D. Auguſtinus lib. 20. contra Fauſt. c. 21. grauiſsimè hoc tamẽ ſubijcit: *Qui peccata Sacerdotibus, in quorum ſunt Parochijs, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſiliũ acceperũt, ſi orationib. inſiſtendo, eleemoſynas largiẽdo, vitã emen-*

emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio omnibus collaudanda. Hactenus Eccleſiæ ſententiam in Concilijs audiuimus: nunc ad Patres & Doctores Eccleſiæ progredimur.

Sanctus ille ac Magnus BASILIVS Concione in Gordium Martyrem, teſtatur ſeſe ipſum totumque Populum, tanquam apes ex aluearijs è Ciuitate ad Flores, id eſt, ad Martyres, in ſuburbano paſſos, magno examine erupiſſe. Vnde mónet, inſtar apum circum flores, hymnos & laudes reſonare, &c. Dicitq́;, concionem concludens, *D. Gordium Martyrem, in memoria æterna fore, & apud eos qui terram incolunt, donec terra eſt, & in Cœlis apud Deum & iudicem iuſtum, cui gloria & imperium in ſeculorum ſecula.*

Et Sermone in Barlaam Martyrem: *Olim,* inquit, *mortes Sanctorum planctibus & lachrymis ornabãtur, vt patet in Iacob mortuo; Geneſ. 50. Moſe, Deut 34. Samuele, 1. Reg. 25. Nunc autem ob Sanctorum obitum exultamus. Triduum enim natura poſt crucem mutata eſt, nec amplius eos lachrymis, ſed* (Nota) *tripudijs, diuinitus inſpiratis, proſequimur, & choreas ſuper eorum ſepulchra ducimus, &c.* Et dicit Barlaam iam mortuum viuere, & ſepulchro (Nota) conuentus publicos aggregare.

Item,

Item, Homilia in ſanctos quadraginta Martyres: Cum cõmemoraſſet, quomodo hi 40. Martyres aqua gelida ſuffocati, igni quoque adhuc ſpirantes traditi, & ignis reliquiæ in fluuium abiectæ eſſent: poſt pauca hoc epiphonemate ſuos exhortatur: *Hi ſunt qui noſtram regionem adminiſtrant, & veluti turres quædam cohærentes, ſecuritatem ab hoſtium incurſu exhibent, non vno loco ſeipſos concludentes, ſed multis iam locis hoſpites facti, & multas patrias exornantes: & quod mirum eſt, non ſingulatim diuiſi ad ſuſcipientes accedunt: ſed inter ſe permixti, vnicè tripudiant. O nouum miraculum; neque deficiunt numero, neque redundantiam ſuſcipiunt. Si in ſingulos ipſos diuiſeris, proprium numerum non excedunt. Si in vnum congregaueris, quadraginta etiam ſic manent, ad ignis adeo ſimilitudinem. Nam & ille ad accedentem tranſit, & totus apud habentem eſt. Et ipſi quadraginta, & omnes ſimul ſunt, & omnes apud ſingulos ſunt: luculenta beneficentia, beneficium quod non conſumitur, paratum auxilium Chriſtianis, Eccleſia Martyrum, exercitus trophæa geſtantium, chorus glorificantium Dominum. Quanti laboris fuit, vt vnũ aliquem reperires, qui pro te dominum placaret? quadraginta iam ſunt, concordem orationem ſurſum mittentes. Vbi duo aut tres congregati ſunt in nomine Domini, illic eſt in medio ipſorum. Vbi autem qua-*

quadraginta, quis de Dei præſentia dubitabit? Qui tribulatur (nota) *ad quadraginta confugit: qui lætatur ad ipſos decurrit ille vt moleſtiarum ſolutionem reperiat; hic vt res ſecundæ ipſi conſeruentur. Hic mulier pia pro liberis orãs deprehenditur, itemq; peregrinanti Marito reditum, ac infirmo ſalutem petens. Cum Martyribus fiant preces veſtræ, &c.* Memineris quæ quæſtione præcedente Centuria 4. ex Theoderto audiuimus.

S. IOANNES Epiſcopus Conſtantinopolitanus, os aureum ſeu Chryſoſtomus non immerito vocatus. homilia 28. circa illud Gen. 2. Erat vterq; nudus &c. poſtquam monuiſſet, vt contra omnes diaboli inſidias nos vndiq; muniamus, omniaq; mẽbra velut Deo dicata dedamꝰ illiꝰ cultui: *pedes quoque habemus*, inquit, *non vt ad theatra diabolica & ſpectacula pernicioſa, equeſtresq; ludos curramus, ſed ad Eccleſias domosq; orationum, &* (nota) *Martyrum loculos, vbi ab illis benedictionem percipiamus, & diaboli laqueos effugiamus.*

Idem Sermone 8. ſuper illud Epheſiorum 4. Ego vinctus in Domino, &c. *O beata vincula*, inquit, *o beatas manus, quas cathena exornauit: Non erant ita præclaræ manus Pauli, quãdo claudũ illũ in Lyſtris erigebãt, Act. 14. ac quando vinctæ. Quod ſi temporibus illis eſſe licuiſ-*

cuiſſet(nota deſiderium S.Chryſoſtomi) *tũ eas complexus in ſinum meum poſuiſſem, nec ceſ-ſaſſem*(nota)*ab oſculis. Cathenam nempe Pauli reuerebatur vipera, quando dependens de ma-nu nihil excuſſa nocuit. Act.28. Imò totũ quoq; mare. Et ſi mihi optio daretur, non præferrẽ*(nota, quanti iſtas reliquias, vincula in quã Pauli hic tantus vir fecerit)*his cathenis facultatem mortuos ſuſcitandi. Quod ſi per curas Eccleſiaſti cas licuiſſet, & corporis valetudinẽ*(nota, quantopere deſiderarit ad has reliquias peregri-nari: quo quid aliud, quam ſuos ad iſtiuſmo-di peregrinationem extimulauit?) *nihil fuiſ-ſem cauſatus, quo minus tanta peregrinatione ſuſcepta, cathenas vt minus vidiſſem, & carce-rem, vbi detinebatur.*

Idem Sermone 32. ſuper cap. 16. ad Romanos, in Morali. *Ego vero,* inquit, *& Romam propterea diligo, tametſi aliunde queam illã lau-dare, nempe à magnificentia, & antiquitate, & à pulchritudine, à multitudine, à potentatu, à diuitijs, & à rebus in bello fortiter geſtis. Sed relictis iſtis omnibus, ob id illam beatam prædi-co, quod ergo illos Paulus dum viueret, adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, coràm diſſeruit & poſtremò vitam apud eos finiuit. Vnde & ciuitas iſta hinc facta eſt inſignis pluſquam à reliquis omnibus. & quemadmodum corpus ma-*

magnũ & validum, duos habet oculos illuſtres, ſanctorum videlicet (Petri & Pauli) *illorum corpora: nec ita cœlum ſplendeſcit, quando radios ſuos ſol ex ſeſe dimittit, quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbique terrarum effundens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Conſiderate & videte, quale ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro reſurgentem, in occurſum Domini ſurſum ferri. Qualem Roſam Chriſto mittet Roma? qualibus coronis duabus ornatur vrbs iſta? qualibus cathenis aureis cincta eſt? quales habet fontes? Propterea celebro hanc vrbem, non propter columnas, neque propter alium apparatum, ſed propter Columnas iſtas* (Nota) *Eccleſiæ. Quis mihi nunc dabit* (Votum Chryſoſtomi SS. Reliquias Pauli inuiſendi, &c.) *circumuolui corpori Pauli, affigi ſepulchro, videre puluerem Corporis illius, qua adhuc in Chriſto deerant adimplentis, ſtigmata illius geſtantis, prædicationem Euangelij vbique ſeminantis? puluerem, inquam, oris illius, per quod Chriſtus locutus eſt, per quod lux emicuit quouis fulgore clarior, & vox exilijt dæmonibus quouis tonitru terribilior? &c. Oris huius puluerem videre vellem, per quod Chriſtus magnalia & ineffabilia locutus eſt, & maiora etiam* (Nota) *quam per ſeipſum: quemadmodum enim maiora per diſcipulos ſuos operatus eſt, ita*

&

& maiora locutus eſt: per quod admiranda illa oracula orbi protulit Spiritus ſanctus. Quid enim os illud Sanctum non effecit? Dæmones expulit, peccatorum nexus (Nota) *reſoluit, tyrannos compeſcuit, philoſophorum linguas obturauit, orbem Deo adduxit, Barbaros ad Philoſophiam perſuaſit, omnia coaptauit, quæ in terra & quæ in cœlis, ad quem modum voluit diſpoſuit, ligans illic & ſoluens* (Nota) *iuxta datam ſibi potentiam quos volebat. Non ſolum autem oris, ſed & cordis illius puluerem videre vellem, &c. videre rurſus vellem puluerem manuum illius olim vinctarum, per quarum impoſitionem Spiritus S ſuppeditabatur, &c. Puluerem videre vellem oculorum benè excæcatorum primò, deinde verò ad orbis ſalutem viſum recipientium, qui & Chriſtum in corpore videre meruerunt, &c. Vellem & pedum illorum videre puluerem, qui per orbem currentes nō defatigabantur, &c. Et quid opus eſt ſingula recenſere? Vellem videre ſepulchrum, quo recondita ſunt arma illa iuſtitiæ arma lucis, membra nunc viuentia, tum verò cum in hac vita eſſent emortua, in quibus omnibus viuebat Chriſtus, quæ mundo fuerant crucifixa: membra Chriſti, quæ Chriſtum induerant, quæ templum Spiritus Sancti, ſanctaq; fuerunt ædificatio, quæ ligata erant ſpiritu, confixa timore Dei, habentia ſtigmata Chriſti. Hoc corpus* (Nota quantum

profint Reliquiæ illis locis vbi reſeruantur) *vrbem illam munit, quod quauis turre, innumeriſq́; mœnijs ac vallis eſt tutius, & cum iſto corpus etiam Petri. Nam & viuentem honorauit: aſcendi enim,* inquit, *videre Petrum, propterea & hinc emigrantem* (Nota contra eos qui Petrum negant Romæ fuiſſe, aut vnà cum Paulo paſſum fuiſſe) *iſtum contubernalem ſibi dignata eſt facere illius charitas.*

Idem Tom. 5. lib. contra Gentiles de vita & miraculis Babylæ martyris. Poſtquam diligenter aſtruiſſet, omnia iſta miranda & ſtupenda Martyrum facta ex eo pendere, quod Chriſtus dixerat: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & maiora horum faciet: generoſo & inuicto ſpiritu Babylæ, qui à templi ingreſſu Imperatorem homicidam abercuit, egregiè collaudato, & more ſuo, quanto cum ſplendore & honore vitam cum morte commutauerit, mirificè celebrato, tandem in hæc verba prorumpit; *Enimuero exiſtimaturus eſt fortaſſe quiſpiam hoc loci orationi nos noſtræ finem impoſituros, neque enim vita hac finita laudatorum operum, aut virtutis oſtentandæ occaſiones ſuppetere. Verùm ea eſt Gentilium non ab re opinio, quorum ſpes vltra hanc mortalem vitam haudquaquam prorogatur. At nos, quibus vitæ huius exitus illuſtrio-*

ſtrioris vitæ alterius initium eſt, ab hac ſuſpicione atque opinione longè abſumus: quam ſanè opinionem rectã eſſe, apertius à nobis alibi demonſtrabitur. Interim & quæ virtutis eximiæ opera poſt Babylæ, generoſi Martyris, obitum obuenere, (Nota, miracula poſt mortem,) *talia ſunt, quæ magnam orationi noſtræ fidem aſtruere poſſint. Poſteaquam enim pro veritate tuenda, ad mortem vſque decertauit, & ad proprij ſanguinis effuſionem vſque, contra peccatum depugnans reſtitit; atque vt ne ordinem eum, quem à magno Rege acceperat, deſereret, animam deſeruit, nullo non generoſo atque egregio bellatore illuſtrius occumbens, animam quidem ipſius* (Nota, beatorum animas ſtatim ad cœlum euolare) *Cœlum habuit; corpus autem, quo tanquam miniſtro ad virtutis opera præſtanda vſus erat, terra; ſic vt athletam creatura ipſa diuiſerit. Atqui poterat Babylas, vel exemplo Enoch transferri, vt Eliæ modo rapi, vt qui vtriuſque æmulator fuerat. At Deus qua eſt in humanum genus benignitate, inter alias quas infinitas nobis ſalutis noſtræ occaſiones dedit,* (obſerua, cur nobis Deus Sanctorum Reliquias concedat) *& hanc quoque viam nobis à ſe munitam eſſe voluit, idoneum* (nota) *ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos Sanctorum*

*RELIQVIIS. Nam poſt ſermonis facultatem, ipſa certè Sanctorum ſepulchra proximum locum obtinent, ad animas hominum in ipſos Sanctos intuentium, ad virtutum earundẽ æmulationem excitandas: Ac ſicubi quis huiuſmodi conditorys aſtat, ſuum ſtatim ſenſum ab hac, quam dico, vi correptum animaduertit: capſulæ enim aſpectus in animam inuadens ipſam percellit & exſuſcitat, ac perinde afficit, quaſi qui illic mortuus iacet, preces ſimul fundat, præſenſq; adeſſe cernatur: deinde fit, vt qui ſic affectum ſentit, mira alacritate geſtiens, aliuſque prorſus quodammodo effectus, ita ex eo loco decedat. Quiſquis porrò animum aduertere volet ad eos, qui mortuos luctu proſequuntur, prebè inde edocebitur, imaginationem de mortuis conceptam, ſolere ex ipſis locis in animos inſinuare: qui vbi mortuorum ſepulchris aſtiterunt, protinus quaſi ibidem ſepultus coràm ſtantes contueantur, ſic eoſdem in ipſo ſtatim veſtibulo inclamant: plerique autem intolerabili dolore vexati, reliquum vitæ tempus ad demortuorum monumenta habitare in animum induxerunt. Id quod nequaquam feciſſent, niſi à locorum aſpectu conſolationem aliquam cepiſſent. Et quid hic de locis ac ſepulchris(*Martyrum ſcilicet*)verba facio? quum & ſæpe(*Nota, etiam veſtes Sanctorum nobis plurimum conferre, & meritò venerationi eſſe debere, qua de re vide quoque

Gre-

Grego. Nazianzenum, ſuprà quæſt. 14. Centuria 4.) *veſtis ſola mortuorum viſa, & verbum vnum in mentem influens, animum noſtrum excitet, & memoriam interlabentem refricet: quibus de cauſis* (Nota) *ipſas nobis Sanctorum Reliquias Deus reliquit. Porrò autem quod hæc dicam, non temerariæ cuiuſdam iactantiæ cauſa, ſed quod idipſum emolumenti noſtri gratia factum fuerit, abundè orationi tum quæ quotidiana* (Nota) *à Martyribus miracula eduntur, maxima affatim ad illa hominũ* (nota peregrinationes celebres ad Reliquias Sanctorum) *multitudine affluente; tum illius nihilo inferiora Babylæ præclara poſt ipſius obitum virtutis egregiæ ſpecimina.* Et poſtquàm de translatione ipſius corporis, diuino inſtinctu per Imperatorem, in ſuburbium Daphnen, facta, diſſeruiſſet, & ſimul quantam pietatis vim, illuc venientibus, etiam carnalibus, Martyr inſtillet, quodque eò non ſolùm qui vrbem & ſuburbium, & agros item incolebant, ſed qui remotiſsimè etiam habitabant, confluerent; multis commemoraſſet, addit: *Dum enim, inquit, ex hominibus alij mundanis ſolicitudinibus impediti, Sanctorum monumenta inuiſere negligunt,* (Nota Deum per miracula Reliquiarum, nos ad eas diligentius viſitandas extimulare) *perfecit Deus, vt hocce irretirentur modo, & talem ipſi fru-*

ctum curationis animæ caperent: ac perinde ſit, vt ſi quis ægroto medicamenta ſalutaria admittere nolenti, medicamentũ dulci quodam condimento oblitum præparet, qui igitur inibi curantur, eò perueniunt, vt iam non deliciæ ſolum, ſed viſendi ſancti deſiderium ſuburbij adeundi occaſionem multis afferat: ſiue vt verius dicam, qui honeſtioris vitæ ſunt, hoc vno nomine illuc ventitant; qui infirmiores illis ſunt vtroque nomine: qui verò infirmiſſimi, non alioquam deliciarum captandarum nomine: poſteaquam autem illuc peruenerunt, eos aduocans (Nota virtutem Reliquiarum) *ad ſeſe Martyr, ſuis ipſius epulis ſplendide exceptos, non patitur in malum aliquod prolabi. Et eſt perinde mirum eo in loco mollem aliquam & ſocordem reſipiſcere; & tanquàm è media inſania ſanum caput attollere; vt ſi quis in medios ignes coniectus, ab igni detrimenti nihil accipiat: circumuallata enim rationis acie ab iuuentute ab effrenata audacia, à vino, à ſaturitate moleſtius etiam quàm à flamma ipſa, Beati Babylæ ros* (Nota) *in ſpectantium animam ex obtutu ipſo influens, flammam ipſam ſopit, incendium ſiſtit, ac magnam* (Nota) *certè animi Religionem inſtillat. Atqui in eum quem dixi modum Babylas intemperantiæ tyrannidem ſubuertit. At quo idem modo & dæmonis poteſtatem extinxit? Primum quidem*

tum

tum dæmonis inibi habitantis obſidionem, tum fabulæ noxam iis ipſis quas dixi rebus inefficacem reddidit: deinde & ipſum dæmonem exegit. Et poſt pauca: *Ea eſt enim Sanctorum poteſtas,* (Nota) *vt illorum ſuperſtitum, dæmones ne vmbras quidem aut veſtes ferre poſſunt: vita autem functorum* (Nota rurſus) *& loculos quoque reformident. Itaque ſi quis quæ ab Apoſtolis facta fuiſſe prædicantur, fidem non habet: is tandem memoriæ huius* (nota) *miracula intuitus, ab impudentia ſua deſiſtat. Nam qui de omnibus olim gentilibus victoriam reportabat,* (dæmon ſcilicet) *à Martyre tanquam ab hero increpitus ſuppreſſa voce latrare deſiit.* Et paulò pòſt: *At malignus dæmon ſtatim edoctus eſt, fruſtra ſibi fraudis ſuæ artificia confiſta; ſeque non iam certamen habere cum mortuo, ſed cum eo qui viueret, qui efficax eſſet, quique non ſe modò, ſed omnes quoque dæmones fortitudine ſuperaret. Is enim* (Babylas) *Deum precatus, ignem in Templum* (in quo dæmon colebatur) *vt cœlitus demitteret, totum illius tectum exuſſit, ipſo idolo* (Apollinis, in quo dæmon habitans homines dementabat) *ad extremos vſque pedes deleto, eodemque in cinerem & puluerem redacto, ab omnibus parietibus, qui ipſi integri adhuc ſtant, abſtinuit.* Et deinde, enarrata tyranni, qui dæmonis

cultum contueri, & Martyris glorioſam memoriam obliterare conabatur, crudeli morte, ſubiungit: *Et Tyrannus quidem in hunc modũ quem dixi è viuis deceſſit. Rabiei aũt eius ac b. Babylæ virtutis argumenta extant, & tẽplum et martyrij monumentũ: illud deſolatum, hoc eandem quam preces efficaciam retinens. Cuius capſula non vltra refertur, Deo rem ſic diſpenſante, quo poſteris, teſtatiora ſint præclara Babylæ eiuſdem facinora. Quiſquis enim eò aliunde accedit Martyrem requirens, hunc vbi ab eo loco abeſſe videt* (translatus enim erat inde) *ſtatim cauſam ſuſcitatur, neque prius de loco decedit, quam omnem eam hiſtoriã perdoctus fuerit: ſic & dum ad Daphnes locum* (quo relatus erit) *accedit, & rurſus ab eodem dum decedit, fructũ maximum* (Nota) *percipit. Ea eſt Martyrum* (Nota) *virtus & viuentium & mortuorum, & ad loca illa vel illa adeuntium, & rurſus ab iiſdem aliò migrantium. Etenim ab initio ad finem vſque Babylæ noſtri præclara facinora continua quaſi ſerie copulata fuere. Rem quæſo animo luſtra: Dei leges ab iniuria vindicauit; pro occiſo pœnas ſumpſit; qua ex re planum fecit, quanto inter ſe interuallo ſacerdotium & regnum diſſideant; mundi faſtum omnem diſſoluit; vitæ huius opinionem conculcauit. Reges docuit; nihil vltra modum ipſis à Deo datum, poteſtatem promouere: Sacerdotibus planum fecit, vt principa-*

tui huic praeſſe oporteat. Atque hæc quidem, & his item longè plura, etiamnum viuens præſtitit. Vbi autem hinc emigrauit, dæmonis robur eneruauit, gentilium impoſturam coarguit, vaticinij deliramenta detexit, perſonam eius (talſo vaticinantis Apollinis) *contriuit, ſimulationem omnibus denudauit ac patefecit: eum qui in ea dominari videretur, obmuteſcere cogens, ac magna vehementia opprimens: Hodie quoque templi parietes recti ſtant, omnibus quaſi prædicantes tam dæmonis impudentiam, ludibrium, imbecillitatem, quàm Martyris coronas, victoriam, virtutem. Ea ſanè eſt Sanctorum fortitudo, tam inexpugnabilis & terrifica tum regibus* (incredulis & impijs) *tum dæmonibus; tum ipſi etiam dæmonum principi.*

Idem, homilia 66. ad populum Antiochenum. Poſtquam Gentiles Imperatores, quorum quoſdam Romanus Senatus in Deorum numerum retulerat, nihil poſt mortem potuiſſe; Chriſtum verò, verum & non ab hominibus decretum ſed reuera & natura Deum, poſt mortem omnem terrarum orbem ad ſeſe adorandum traxiſſe oſtendiſſet, ſubiungit: *Et quid de Chriſto loquor*, inquit, *cum & diſcipulos, poſtquam obierunt, tunc effulgere fecerit? Quid dico diſcipulos? Nam & eorum loca & ſepulchra ſimul & tempora* (Nota) *perenni memoria celebrari curauit. Tu vero mihi*

oſtendas ſepulchrum Alexandri (quem decimumtertium Deum eſſe putarunt Romani) *& profer diem quo vitam finiuit. Sed nihil horum inſigne, ſed omnia deſtructa ſunt & exterminata: Chriſti vero ſeruorum & ſepulchra clara ſunt, regiam aſſecuta ciuitatem, & dies notiſſimi* (Apoſtolorum feſta notiſsima tempore Chryſoſtomi) *mundo feſtam afferentes lætitiam. Et illius* (Alexandri) *quidem loculum & proprij neſciunt, horum* (Apoſtolorum ſepulchra ſcilicet) *autem ſciunt & barbari. Et Seruorum Crucifixi ſepulchra Regijs aulis ſunt clariora, non magnitudine & ædificiorum pulchritudine, nam & in hoc quidem ſuperant: ſed quod multo maius eſt* (Nota) *conuenientium ſtudio. Nam & ipſe qui purpuram indutus eſt* (Imperator) *accedit illa complexurus ſepulchra,* (Nota) *& faſtu depoſito ſtat Sanctis* (Nota, non ſolum Reliquiarum viſitationem, ſed & Sanctorum inuocationem, non à vulgo ſed & à Regibus & Imperatoribus vſitatam, & hic à Chryſoſtomo approbatam) *ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant: & Scenarum fabrum* (Paulum) *& Piſcatorem* (Petrum) *etiam mortuos vt* (Nota) *Protectores orat, qui diademate redemitus incedit.* (Memineris quæ præcedente quæſtione Centuria maximè 3. & 4. adduximus:) *Audebis igitur quæſo, horum*

rum Dominũ (Chriſtum) *nuncupare mortuũ, cuius ſerũi vel mortui orbis Regum* (obſerua) *ſunt Protectores? Nec hoc tantum quis Romæ viderit, verùm & Conſtantinopoli. Nam & hîc Conſtantinum Magnum, ipſius Filius honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus Piſcatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regijs ſunt ianitores Regibus, hoc ſunt in monumento Piſcatoribus Reges: & illi quidem vt Domini loca tenent interiora: hi vero tanquam inquilini & vicini aulæ ianuam ſibi gratum habuere deputari, & infidelibus ex his oſtendentes, quòd in reſurrectione maior erit Piſcatoribus dignitas. Si hic enim ita in ſepulchris, multo magis & in reſurrectione ordo commutatus eſt. Reges quidem miniſtrorum, ſubditi vero Regum vicem induerunt, quinimò & ſplendidiorem. Et quod hoc non aſſentatio ſit, ipſa veritas oſtendit: ex illis enim & hi illuſtres facti ſunt. Multo nanque cæteris Regalibus ſepulchris hæc monumenta ſunt clariora. Nam illic quidem magna ſolitudo: hic autem* (ad ſepulchra Apoſtolorum) *magnus concurſus. Quod ſi velis & regalibus aulis monumenta* (Apoſtolorum) *comparare, rurſum & hic victoria: nam illic quidem multi deterrentes: hic vero* (Nota obſecro) *multi vocantes, & attrahentes, diuites pauperes, viros mulieres; ſeruos liberos. Illic* (in aulis regijs) *magnus timor:*

hic

hic(apud ſepulchra Diuorum) *inexplicabilis voluptas. Sed dulce ſpectaculum eſt, Regem aureis indutum & coronatum ſpectare, & aſtantes Duces, & Principes, ductores, tribunos, & militum magiſtros: verum hæc tanto ſunt illis honeſtiora, & magis reuerenda, vt illa fabulæ ſint & ludicra. Simulac enim pauimenta*(vbi Apoſtolorũ ſita ſunt ſepulchra) *calcaueris, ad Cœlum mentem locus tranſmiſerit, & ad ſupernũ Regem, & illum Angelorum exercitum, & ſublimem thronum, & inacceſſibilem gloriam. Et hic quidem regnans alicui ſubiecto præcipit, vt hunc quidem ſoluat, illum vero liget: Sanctorum*(Nota) *autem oſſa non hanc habent miſerabilem & abiectam poteſtatem, ſed illa multò maiorem. Dæmones enim ſiſtunt & torquent, & vinctos ab illis ſoluunt ſæuiſſimis vinculis. Quid hoc foro magis reuerendum, cum videatur nemo, nemo dæmonis inſtet lateribus, voces ſentiuntur & lacerationes, flagella tormentaq́ʒ, ac linguæ ardentes, terribilem illam vim dæmone non ferente? Et corpus induti incorporeas opprimunt poteſtates. Et cinis* (Nota) *& oſſa & fauilla inuiſibiles illas poteſtates dilaniant. Itaq́ʒ quò regias videat, nullus vnquam peregrinatus fuerit: multi vero Reges* (obſerua diligenter) *plerunque huius ſpectaculi gratiâ peregrinati ſunt. Futuri nanque iudicij veſtigia & ſigna Sanctorum* (Nota de Baſilicis Sanctorum) *ædes*

des exhibent, vbi dæmones flagellantur, corrigun tur homines & liberantur. Vidiſti vel mortuorum hominum virtutem? vidiſti peccatorum & viuentium imbecillitatem? fuge malitiam itaque, vt talia conſequaris, & omni ſtudio virtutem ſectare. Nam ſi præſentia ſunt eiuſmodi, cogites qualia ſint futura: & horum amore iugiter detentus, æternam vitam apprehende: (nota quem fructum ex viſitatione & conſpectu Sanctarum Reliquiarum haurire poſſimus, & debeamus porrò) *ad quam omnes vtinam attingamus, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Idem Tom. 1. homil. 5. de patientia Iob. *Nihil tam clarum eſt, quam pro Chriſto vinctũ eſſe, ita vt cathenæ circundatæ ſanctis illis manibus,* (S. Pauli) *apoſtolatu & doctoratu multum ſunt illuſtriores, maioriq́ veneratione dignæ. Si quis amat Chriſtum, nouit quod dicitur, & cæt. Vellem nunc locis in illis verſari, quibus vincula illa manent, & cathenas videre, quas timuerunt quidem dæmones & horrent, ſed* (Nota) *Angeli venerantur. Si Eccleſiaſticis curis eſſem vacuus, corpusq́ robuſtum haberem* (Nota, toties repetitum deſiderium Peregrinationis ad vincula & Reliquias S. Pauli) *nequaquam Peregrinationem tantam facere recuſarem, quò cathenas ſolum viderem, carcerem*

quo Paulus vinctus. O beata vincula, ô beatas manus quas ornauit cathena illa Pauli collo circundata: non tam precioſa erant manus, quæ claudum in Lyſtris erexerunt, quam vinculis circundatæ. Si per illa tempora ipſe fuiſſem, (Nota iterum huius tanti viri deuotionem) *tunc potiſſimum fouiſſem eas, & ante meas oculorum pupillas ponens, nuſquam deſiſſem deoſculari, manus dignas effectas pro domino vinciri, &c.*

Idem, homilia vnica in Iob. *Dico charitati veſtræ fratres: Martyres Sanctos laudamus, glorificamus, admiramur, Dies eorum*(nota) *pia ſolennitate celebramus, merita eorum veneramur, & ſi poſſumus imitamur.*

Idem Tom. 1. Homilia de Natali Septem Machabæorum. *Quam ſpecioſa & grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus ſplendidior dies hodierna præfulget, non de vſitatis Solis radijs illuminata præclarius, ſed de lumine Martyrum, ſupra coruſcum fulgoris micantem illuſtrata ſublimius. Multis etenim Solibus illuſtriores* (Nota) *ſunt Martyres, & magnis luminaribus clariores. Preterea hodie ſi dici poteſt, cœlo ipſo ornatior terra lætatur. Sed in has comparatione, non attendas cinerem Sanctorum corporum, nec fauillam Reliquiarum carnis, omniaque oſſa con-*

ſum-

ſumpta temporibus, ſed (Nota, quid in Reliquijs & ſuſpiciendum & venerandum *) aperi oculos fidei, & vide eos diuina virtute, & gratia Spiritus Sancti amictos, & diuini luminis claritate radiantes. Hi ergo ipſi de ſuperno Solis circulo in terram radij, CHRISTO emittente, iaciuntur, & à corporibus eorum proſilientes coruſca luce fulgores, ſicut ſpeciem Eccleſiæ gaudentis illuſtrant, ita faciem diaboli inuidentis obcæcant. Nam vt audaces latronum duces, ſiue impij ſepulchrorum effoſſores, ſi fortè dum prædas agunt, aut ſpolia capienda conquirunt, in arma vel ornamenta Imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum: tamen agnitis Regis inſignibus, deterrentur, vt fugiant, neque cominus accedere vel attingere audeant: vnde ſibi non compendium procedere, ſed periculum prouident imminere, ſi quid inde audeant vſurpare: Ita profectò & dæmones, qui verè latronum & principes & magiſtri ſunt, vbi coronatorum Martyrum Corpora viderint poſita, longè ilico à conſpectu eorum pauidi fugiunt & abſiliunt. Non enim ad naturam eorum intendunt, ſed in (*Nota*) *arcanam dignitatem, & gloriam* CHRISTI, *qui in agone certantium indutor corpora Martyrum ſuorum, ſicut*

arma,

arma, portauit, huiuſmodi enim Armis, non Angelus, nõ Archãgelus, non vlla alia creatura virtus induta eſt, ſed ipſe Dominus Virtutũ & Angelorum, ſicut Paulus clamat, dicens: Si experimentum quæritis in me præliantis Chriſti? Precioſa ſunt enim (Nota) *Corpora Martyrum; quoniam plagas pro Domino ſuſceperunt: Et quia ſtigmata propter Chriſtum membris ſuis impreſſa ferunt: Et ſicut corona regalis vndique decorata, fulgores varios emittit; ita Sanctorum Martyrum corpora, ſicut precioſis lapidibus acceptis pro Chriſto vulneribus diſtincta, omni Regum diademate pretioſiora, & magis ſpectabilia redduntur.*

Idem, Tom. 3. Sermone de Aſcenſione. *Quando autem de cruce, noſtra proceſſit oratio, foris ciuitatem, celebrauimus ſolennitatem: & nunc de crucifixi aſcenſione tractamus, præclarum diem & omni lætitia coruſcantem, fines ciuitatis egreſſi, ſumma cum gratulatione celebramus. Et hoc non ad contumeliam ciuitatis, ſed ad honorem obſeruatur* (Nota) *Sanctorum, ne nos cauſſa diſſimulationis accuſant, dicentes; quod pro Domino ſenſimus vniuerſa tormenta vexantium manibus noſtra vidimus oſſa carne nudata, patientia noſtra tortor ceſſit iratus, libenti animo pro Chriſto noſter ſanguis effuſus eſt, deciſa capita ſunt pro eius gloria Hæc omnia meruimus ſuſtinere; nec Myſteriorum arcana in noſtris*

ſtris Tabernaculis (Memorijs ſeu Baſilicis) *celebrantur. Ideo dilectiſſimi fratres hodie ad loca conuenimus Beatorum, & Sanctorum habitacula* (Templa) *feſtinamus, vt conuentus noſter, ipſorum quoque præſentia* (Nota) *clarior redderetur: non enim in hoc Theatro, Martyres tantum præſunt* (Nota) *ſed & Angelorum inſtantia locus decoratur. Nam & Angeli præſunt: & ſi Martyres videre deſideres, ſi Angelos cupis inſpicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrum facilè demonſtratur. Nam cum in omni aëre Angelorum multitudo verſatur multo magis in Eccleſia, multo amplius hodierno die, quando eorum Dominus aſcendit in cœlum. Et vt ſcias quod Angeli vbique verſantur, audi quod Pauli fœmineo pudori proſpiciens ait: Debent mulieres velamen habere ſupra caput, propter Angelos. 1. Corinth.11. Et iterum Iacob: Angelus, ait: qui liberauit me à iuuentute mea. Et illi qui cum Apoſtolis erant, aiunt, Angelus eius eſt. Actorum 12. Et Iacob, Vidi*, inquit, *caſtra Angelorum. Et merito caſtra Angelorum videbantur in terra. Nam ſicut Imperatoris optimi prouiſione vrbes omnes, vniuerſæ ciuitates, caſtella ſingula, manu militari aduerſus hoſtilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne barbarica incurſione de-*

leantur: ita & Deus, quoniam barbara & agreſti mente rabientes dæmones, ad pacis euerſionem vbique verſantur; ad tutelam noſtram conſtituit exercitus Angelorum, vt eorum præſentia, dæmonum confringetur audacia, & per eos nobis pacis gratia miniſtretur. Vides quod & Angeli præſunt, conſiſtunt Martyres, & vbique nobis præparantur auxilia? Quid igitur miſerius illis eſt, (Nota, quam ſint miſeri qui ſe ab Eccleſia abſentant tempore diuini cultus) *qui Conuentum iſtum ſplendidum derelinquunt? & quid vobis beatius, qui ad tantam ſolennitatem* (in Eccleſiam Martyrum) *concurrere voluiſtis?*

Idem Tom. 5. Homil. poſt reditum prioris Exilij. Admonens populum gratiarum actionis, & patientiæ, inter alia ſic ait: *Ideo vos ad Apoſtolos* (ad Eccleſiam vbi illi humati erant,) *euocaui, vt ad eos, qui aliquando perſecutionem paſſi fuerant, veniremus. Veniamus* (Nota, quomodo ſuos inuitet & exhortetur ad SS. Reliquias) *ad Sancta corpora, quæ CHRISTI ſtigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheum nouum Paulum, & Andream alterum Petrum: Credimus* (Nota cauſam, ob quam Diuorum Reliquias viſere debeamus) *nos*

iuuari

innuari eorum meritis.

Idem Tom. 3. Sermone de Iuuentino & Maximo Martyribus. *Heri Beatus Babylas* (Nota quotidie ferè Martyrum Memorias tempore Chryſoſtomi celebratas) *cum tribus pueris hic congregabat, hodie vero per Sanctorum militum* (Iuuentinum & Maximum intelligit) *in acie exercitum CHRISTI oſtendit. Impar eorum ætas, ſed par fides. Varia certamina, ſed eadem fortitudo. Illi tempore ſuperiores, hi recentiores. Et quum tantus Theſaurus ſit Eccleſiæ*, (Nota, Martyrum Reliquias maximum eſſe Eccleſiæ Theſaurum, & margaritas præſtantiſsimas) *nouas & veteres habentis margaritas. ſed vna eſt omnium gratia. Eorum flos neque langueſcit, neque defluit tempore. Neſcit vetuſtatis rubiginem ſplendoris iſtius natura. Temporis acceſſione opes quæ ad corpora ſpectant, facilè intereunt, veſtimenta abſumuntur, domus deſtruuntur, & aurum rubigine conſumitur: & in ſumma, omnium ſenſibilium facultatum natura tempore tandem aboletur & intercidit. At non ſic res ſe habet in ſpiritualibus Theſauris, de Martyribus inquam* (Nota) *qui ſemper in eodem manent vigore, ſemper in eodem iuuentutis flore ſunt, ſemper ſuæ gloriæ* (Nota) *fulgorem emittunt & radios.*

Quod ſcientes, non aliter priſcos aliter recentiores (Nota) *colitis Sanctos, ſed eadem alacritate omnes. Non enim exploratis tempus, ſed exquiritis animi fortitudinem, fidem, zelum feruidum, & eas virtutes, quas præ ſe ferunt Sancti, ob quorum* (Nota) *honorem hodie conuenimus.* Et circa finem, *deſcripto ipſorum in fide feruore & in Martyrio fortitudine, alacritate & conſtantia, ſubiungit: Illos non indignum fuerit,* (Nota, quibus titulis & elegijs hos Sanctos Sanctus hic vir exornet,) *& columnas, & turres, & candelabra, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſicut turres muniunt* (Nota) *& ſicut ſcopuli omnes vndarum aſſultus repulerunt, multam interim ipſi tranquillitatem ſeruantes: ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerũt; & ſicut tauri, anima promptitudineq; eadem, ſuaue Chriſti iugum traxere. Idcirco* (Nota, quomodo non ſolùm inuiſere, ſed & ſæpe inuiſere, Sanctorum Reliquias adhortetur) *ſæpe eos inuiſamus, tumulos* (Nota iterum de veneratione Reliquiarum) *adornemus, magnaque fide* (Nota) *Reliquias eorum contingamus, vt* (Nota cauſam fructumque viſitationis & venerationis Reliquiarum) *inde benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim, ſicut Milites, vulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta, Regi monſtrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in ma-*

ni-

nibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, (Nota intercceſsionem Sanctorum efficaciſſ.) *quacunque voluerint apud Regem cæterum impetrare poſſunt. Proinde* (iterùm exhortatur ad frequentandum Reliquias) *magna fide, promptitudineq́ue huc veniamus, quo & viſis Sanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmijs, inde varios theſauros vndiquaque colligamus: vt per præſentem vitam ita iuxta voluntatem Dei tranſeamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria in ſæcula, Amen.*

Et hactenus quidem duos primarios Patres atq; adeo præcipua lumina Eccleſiæ Orientalis, Baſilium, inquam, & eius coæqualem Chryſoſtomum, quid de Reliquiarum viſitatione & cultu ſenſerint & docuerint ſuos, imò & quid à ſuis præcedaneis in Eccleſia etiam prioribus ſæculis iudicatum & creditum ſit, luculenter & expreſsè teſtantes, audiuimus: quorum teſtimonia ideo etiam fuſius aſſcripſimus, tùm quod ſummę & ſacroſanctæ auctoritatis ſunt, & proinde apud omnes pios & cordatos ſummam fidem merentur: tùm etiam quia negotiũ præſens, oppidò luculenter, & veluti ex condicto, a-

cultum contueri, & Martyris glorioſam memoriam obliterare conabatur, crudeli morte, ſubiungit: *Et Tyrannus quidem in hunc modũ quem dixi è viuis deceſſit. Rabiei aũt eius ac b. Babylæ virtutis argumenta extant, & tẽplum et martyrij monumentũ: illud deſolatum, hoc eandem quam preces efficaciam retinens. Cuius capſula non vltra refertur, Deo rem ſic diſpenſante, quo poſteris, teſtatiora ſint præclara Babylæ eiuſdem facinora. Quiſquis enim eò aliunde accedit Martyrem requirens, hunc vbi ab eo loco abeſſe videt* (translatus enim erat inde) *ſtatim cauſam ſuſcitatur, neque prius de loco decedit, quam omnem eam hiſtoriã perdoctus fuerit: ſic & dum ad Daphnes locum* (quo relatus erit) *accedit, & rurſus ab eodem dum decedit, fructũ maximum* (Nota) *percipit. Ea eſt Martyrum* (Nota) *virtus & viuentium & mortuorum, & ad loca illa vel illa adeuntium, & rurſus ab ijſdem aliò migrantium. Etenim ab initio ad finem vſque Babylæ noſtri præclara facinora continua quaſi ſerie copulata fuere. Rem quæſo animo luſtra. Dei leges ab iniuria vindicauit; pro occiſo pœnas ſumpſit; qua ex re planum fecit, quanto inter ſe interuallo ſacerdotium & regnum diſſideant; mundi faſtum omnem diſſoluit; vitæ huius opinionem conculcauit. Reges docuit, nihil vltra modum ipſis à Deo datum, poteſtatem promouere: Sacerdotibus planum fecit, vt principa-*

tui

tui huic praeſſe oporteat. Atque haec quidem, & his item longè plura, etiamnum viuens praſtitit: Vbi autem hinc emigrauit, dæmonis robur eneruauit gentilium imposturamq; coarguit, vaticinij deliramenta detexit, perſonam eius (falſo vaticinantis Apollinis) *contriuit, ſimulationem omnibus denudauit ac patefecit: eum qui in ea dominari videretur, obmuteſcere cogens, ac magna vehementia opprimens: Hodie quoque templi parietes recti ſtant, omnibus quaſi prædicantes tam dæmonis impudentiam, ludibrium, imbecillitatem, quàm Martyris coronas, victoriam, virtutem. Ea ſanè eſt Sanctorum fortitudo, tam inexpugnabilis & terrifica tum regibus* (incredulis & impijs) *tum dæmonibus; tum ipſi etiam dæmonum principi.*

Idem, homilia 66. ad populum Antiochenum. Poſtquam Gentiles Imperatores, quorum quoſdam Romanus Senatus in Deorum numerum retulerat, nihil poſt mortem potuiſſe; Chriſtum verò, verum & non ab hominibus decretum ſed reuera & natura Deum, poſt mortem omnem terrarum orbem ad ſeſe adorandum traxiſſe oſtendiſſet, ſubiungit: *Et quid de Chriſto loquor*, inquit, *cum & diſcipulos, poſtquam obierunt, tunc effulgere fecerit? Quid dico diſcipulos? Nam & eorum loca & ſepulchra ſimul & tempora* (Nota) *perenni memoria celebrari curauit. Tu vero mihi*

oſtendas ſepulchrum Alexandri (quem decimumtertium Deum eſſe putarunt Romani) *& profer diem quo vitam finiuit. Sed nihil horum inſigne, ſed omnia destructa ſunt & exterminata: Chriſti vero ſeruorum & ſepulchra clara ſunt, regiam aſſecuta ciuitatem, & dies notiſſimi* (Apoſtolorum feſta notiſsima tempore Chryſoſtomi) *mundo feſtam afferentes lætitiam. Et illius* (Alexandri) *quidem loculum & proprij neſciunt, horum* (Apoſtolorum ſepulchra ſcilicet) *autem ſciunt & barbari. Et Seruorum Crucifixi ſepulchra Regijs aulis ſunt clariora, non magnitudine & ædificiorum pulchritudine, nam & in hoc quidem ſuperant: ſed quod multo maius eſt* (Nota) *conuenientium ſtudio. Nam & ipſe qui purpuram indutus eſt* (Imperator) *accedit illa complexurus ſepulchra,* (Nota) *& faſtu depoſito ſtat Sanctis* (Nota, non ſolum Reliquiarum viſitationem, ſed & Sanctorum inuocationem, non à vulgo ſed & à Regibus & Imperatoribus vſitatam, & hic à Chryſoſtomo approbatam) *ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant: & Scenarum fabrum* (Paulum) *& Piſcatorem* (Petrum) *etiam mortuos vt* (Nota) *Protectores orat, qui diademate redemitus incedit.* (Memineris quæ præcedente quæſtione Centuria maximè 3. & 4. adduximus:) *Audebis igitur quaſo, horum*

*rum Dominũ (*Chriſtum*) nuncupare mortuũ, cuius ſerui vel mortui orbis Regum* (obſerua) *ſunt Protectores? Nec hoc tantum quis Romæ viderit, verùm & Conſtantinopoli. Nam & hîc Conſtantinum Magnum, ipſius Filius honorè magno cenſuit haberi, ſi pro foribus Piſcatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regijs ſunt ianitores Regibus, hoc ſunt in monumento Piſcatoribus Reges: & illi quidem vt Domini loca tenent interiora: hi vero tanquam inquilini & vicini aulæ ianuam ſibi gratum habuere deputari, & infidelibus ex his oſtendentes, quòd in reſurrectione maior erit Piſcatoribus dignitas. Si hic enim ita in ſepulchris, multo magis & in reſurrectione ordo commutatus eſt. Reges quidem miniſtrorum, ſubditi vero Regum vicem induerunt, quinimò & ſplendidiorem. Et quod hoc non aſſentatio ſit, ipſa veritas oſtendit: ex illis enim & hi illuſtres facti ſunt. Multo nanque cæteris Regalibus ſepulchris hæc monumenta ſunt clariora. Nam illic quidem magna ſolitudo: hic autem* (ad ſepulchra Apoſtolorum) *magnus concurſus. Quod ſi velis & regalibus aulis monumenta* (Apoſtolorum) *comparare, rurſum & hic victoria: nam illic quidem multi deterrentes: hic vero* (Nota obſecro) *multi vocantes, & attrahentes, diuites pauperes, viros mulieres, ſeruos liberos. Illic* (in aulis regijs) *magnus timor: hic*

hic(apud ſepulchra Diuorum) *inexplicabilis voluptas. Sed dulce ſpectaculum eſt, Regem aureis indutum & coronatum ſpectare, & aſtantes Duces, & Principes, ductores, tribunos, & militum magiſtros: verum hæc tanto ſunt illis honeſtiora, & magis reuerenda, vt illa fabulæ ſint & ludicra. Simulac enim pauimenta*(vbi Apoſtolorū ſita ſunt ſepulchra) *calcaueris, ad Cœlum mentem locus tranſmiſerit, & ad ſupermū Regem, & illum Angelorum exercitum; & ſublimem thronum, & inacceſſibilem gloriam. Et hic quidem regnans alicui ſubiecto præcipit, vt hunc quidem ſoluat, illum vero liget: Sanctorum*(Nota) *autem oſſa non hanc habent miſerabilem & abiectam poteſtatem, ſed illa multò maiorem. Dæmones enim ſiſtunt & torquent, & vinctos ab illis ſoluunt ſæuiſſimis vinculis. Quid hoc foro magis reuerendum, cum videatur nemo, nemo dæmonis inſtet lateribus, voces ſentiuntur & lacerationes, flagella tormentaq́; ac linguæ ardentes, terribilem illam vim dæmone non ferente? Et corpus induti incorporeas opprimunt poteſtates. Et cinis* (Nota) *& oſſa & fauilla inuiſibiles illas poteſtates dilaniant. Itaq; quò regias videat, nullus vnquam peregrinatus fuerit: multi vero Reges* (obſerua diligenter) *plerunque huius ſpectaculi gratia peregrinati ſunt. Futuri nanque iudicij veſtigia & ſigna Sanctorum* (Nota de Baſilicis Sanctorum) *ædes*

des exhibent, vbi dæmones flagellantur, corrigun tur homines & liberantur. Vidiſti vel mortuorum hominum virtutem? vidiſti peccatorum & viuentium imbecillitatem? fuge malitiam itaque, vt talia conſequaris, & omni ſtudio virtutem ſectare. Nam ſi præſentia ſunt eiuſmodi, cogites qualia ſint futura: & horum amore iugiter detentus, æternam vitam apprehende: (nota quem fructum ex viſitatione & conſpectu Sanctarum Reliquiarum haurire poſsimus, & debeamus porrò) *ad quam omnes vtinam attingamus, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Idem Tom. 1. homil. 5. de patientia Iob. *Nihil tam clarum eſt, quam pro Chriſto vinctũ eſſe, ita vt cathenæ circundatæ ſanctis illis manibus,* (S. Pauli) *apoſtolatu & doctoratu multum ſunt illuſtriores, maioriq; veneratione dignæ. Si quis amat Chriſtum, nouit quod dicitur, & cæt. Vellem nunc locis in illis verſari, quibus vincula illa manent, & cathenas videre, quas timuerunt quidem dæmones & horrent, ſed* (Nota) *Angeli venerantur. Si Eccleſiaſticis curis eſſem vacuus, corpusq; robuſtum haberem* (Nota, toties repetitum deſiderium Peregrinationis ad vincula & Reliquias S. Pauli) *nequaquam Peregrinationem tantam facere recuſarem, quò cathenas ſolum viderem, carcerem*

quo

quo Paulus vinctus. O beata vincula, ô beatas manus quas ornauit cathena illa Pauli collo circundata: non tam precioſa erant manus, quæ claudum in Lyſtris erexerunt, quam vinculis circundatæ. Si per illa tempora ipſe fuiſſem, (Nota iterum huius tanti viri deuotionem) *tunc potiſſimum fouiſſem eas, & ante meas oculorum pupillas ponens, nuſquam desiiſſem deoſculari, manus dignas effectas pro domino vinciri, &c.*

Idem, homilia vnica in Iob. *Dico charitati veſtræ fratres: Martyres Sanctos laudamus, glorificamus, admiramur, Dies eorum* (nota) *pia ſolennitate celebramus, merita eorum veneramur, & ſi poſſumus imitamur.*

Idem Tom. 1. Homilia de Natali Septem Machabæorum. *Quam ſpecioſa & grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus ſplendidior dies hodierna præfulget, non de vſitatis Solis radiis illuminata præclarius, ſed de lumine Martyrum, ſupra coruſcum fulgoris micantem illuſtrata ſublimius. Multis etenim Solibus illuſtriores* (Nota) *ſunt Martyres, & magnis luminaribus clariores. Propterea hodie ſi dici poteſt, cœlo ipſo ornatior terra lætatur. Sed in hac comparatione, non attendas cinerem Sanctorum corporum, nec fauillam Reliquiarum carnis, omniaque oſſa con-*

ſum-

ſumpta temporibus, ſed (Nota, quid in Reliquijs & ſuſpiciendum & venerandum) *aperi oculos fidei, & vide eos diuina virtute, & gratia Spiritus Sancti amictos, & diuini luminis claritate radiantes. Hi ergo ipſi de ſuperno Solis circulo in terram radij, CHRISTO emittente, iaciuntur, & à corporibus eorum proſilientes coruſca luce fulgores, ſicut ſpeciem Eccleſiæ gaudentis illuſtrant, ita faciem diaboli inuidentis obcæcant. Nam vt audaces latronum duces, ſiue impij ſepulchrorum effoſſores, ſi fortè dum prædas agunt, aut ſpolia capienda conquirunt, in arma vel ornamenta Imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum: tamen agnitis Regis inſignibus, deterrentur, vt fugiant, neque cominus accedere vel attingere audeant: vnde ſibi non compendium procedere, ſed periculum prouident imminere, ſi quid inde audeant vſurpare: Ita profectò & dæmones, qui verè latronum & principes & magiſtri ſunt, vbi coronatorum Martyrum Corpora viderint poſita, longè ilico à conſpectu eorum pauidi fugiunt & abſiliunt. Non enim ad naturam eorum intendunt, ſed in* (Nota) *arcanam dignitatem, & gloriam CHRISTI, qui in agone certantium indutor corpora Martyrum ſuorum, ſicut*

arma,

arma, portauit, huiuſmodi enim Armis, non Angelus, nō Archāgelus, non vlla alia creatura virtus induta eſt, ſed ipſe Dominus Virtutū & Angelorum, ſicut Paulus clamat, dicens: Si experimentum quæritis in me præliantis Chriſti? Precioſa ſunt enim (Nota) *Corpora Martyrum: quoniam plagas pro Domino ſuſceperunt: Et quia ſtigmata propter Chriſtum membris ſuis impreſſa ferunt: Et ſicut corona regalis vndique decorata, fulgores varios emittit; ita Sanctorum Martyrum corpora, ſicut precioſis lapidibus acceptis pro Chriſto vulneribus diſtincta, omni Regum diademate pretioſiora, & magis ſpectabilia redduntur.*

Idem, Tom. *3.* Sermone de Aſcenſione. *Quando autem de cruce, noſtra proceſſit oratio, foris ciuitatem, celebrauimus ſolennitatem: & nunc de crucifixi aſcenſione tractamus, præclarum diem & omni lætitia coruſcantem, fines ciuitatis egreſſi, ſumma cum gratulatione celebramus. Et hoc non ad contumeliam ciuitatis, ſed ad honorem obſeruatur* (Nota) *Sanctorum, ne nos cauſſa diſſimulationis accuſant, dicentes; quod pro Domino ſenſimus vniuerſa tormenta vexantium manibus noſtra vidimus oſſa carne nudata, patientia noſtra tortor ceſſit iratus, libenti animo pro Chriſto noſter ſanguis effuſus eſt, deciſa capita ſunt pro eius gloria Hæc omnia meruimus ſuſtinere; nec Myſteriorum arcana in no-*

ſtris

ſtris Tabernaculis (Memorijs ſeu Baſilicis) *celebrantur. Ideo dilectiſſimi fratres hodie ad loca conuenimus Beatorum, & Sanctorum habitacula* (Templa) *feſtinamus, vt conuentus noſter, ipſorum quoque præſentia* (Nota) *clarior redderetur: non enim in hoc Theatro, Martyres tantum præſunt* (Nota) *ſed & Angelorum inſtantia locus decoratur. Nam & Angeli præſunt: & ſi Martyres videre deſideres, ſi Angelos cupis inſpicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrum facilè demonſtratur. Nam cum in omni aëre Angelorum multitudo verſatur multo magis in Eccleſia, multo amplius hodierno die, quando eorum Dominus aſcendit in cœlum. Et vt ſcias quod Angeli vbique verſantur, audi quod Pauli fœmineo pudori proſpiciens ait: Debent mulieres velamen habere ſupra caput, propter Angelos. 1. Corinth. 11. Et iterùm Iacob:* Angelus, *ait: qui liberauit me à iuuentute mea. Et illi qui cum Apoſtolis erant, aiunt, Angelus eius eſt. Actorum 12. Et Iacob, Vidi*, inquit, *caſtra Angelorum. Et merito caſtra Angelorum videbantur in terra. Nam ſicut Imperatoris optimi prouiſione vrbes omnes, vniuerſæ ciuitates, caſtella ſingula, manu militari aduerſus hoſtilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne barbarica incurſione de-*

leantur : ita & Deus, quoniam barbara & agreſti mente rabientes dæmones, ad pacis euerſionem vbique verſantur ; ad tutelam noſtram conſtituit exercitus Angelorum, vt eorum præſentia, dæmonum confringetur audacia, & per eos nobis pacis gratia miniſtretur. Vides quod & Angeli præſunt, conſiſtunt Martyres, & vbique nobis præparantur auxilia? Quid igitur miſerius illis eſt, (Nota, quam ſint miſeri qui ſe ab Eccleſia abſentant tempore diuini cultus) *qui Conuentum iſtum ſplendidum derelinquunt? & quid vobis beatius, qui ad tantam ſolennitatem* (in Eccleſiam Martyrum) *concurrere voluiſtis?*

Idem Tom. 5. Homil. poſt reditum prioris Exilij. Admonens populum gratiarum actionis, & patientiæ, inter alia ſic ait: *Ideo vos ad Apoſtolos* (ad Eccleſiam vbi illi humati erant,) *euocaui, vt ad eos, qui aliquando perſecutionem paſſi fuerant, veniremus. Veniamus* (Nota, quomodo ſuos inuitet & exhortetur ad SS. Reliquias) *ad Sancta corpora, quæ CHRISTI ſtigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheum nouum Paulum, & Andream alterum Petrum: Credimus* (Nota cauſam, ob quam Diuorum Reliquias viſere debeamus) *nos*

iuuari

iuuari eorum meritis.

Idem Tom. 3. Sermone de Iuuentino & Maximo Martyribus. *Heri Beatus Babylas* (Nota quotidie ferè Martyrum Memorias tempore Chryſoſtomi celebratas) *cum tribus pueris hic congregabat, hodie vero per Sanctorum militum* (Iuuentinum & Maximum intelligit) *in acie exercitum CHRISTI oſtendit. Impar eorum ætas, ſed par fides. Varia certamina, ſed eadem fortitudo. Illi tempore ſuperiores, hi recentiores. Et quum tantus Theſaurus ſit Eccleſiæ*, (Nota, Martyrum Reliquias maximum eſſe Eccleſiæ Theſaurum, & margaritas præſtantiſsimas) *nouas & veteres habentis margaritas ſed vna eſt omnium gratia. Eorum flos neque langueſcit, neque defluit tempore. Neſcit vetuſtatis rubiginem ſplendoris iſtius natura. Temporis acceſſione opes quæ ad corpora ſpectant, facilè intereunt, veſtimenta abſumuntur, domus deſtruuntur, & aurum rubigine conſumitur: & in ſumma, omnium ſenſibilium facultatum natura tempore tandem aboletur & intercidit. At non ſic res ſe habet in ſpiritualibus Theſauris, de Martyribus inquam* (Nota) *qui ſemper in eodem manent vigore, ſemper in eodem iuuentutis flore ſunt, ſemper ſuæ gloriæ* (Nota) *fulgorem emittunt & radios.*

Quod ſcientes, non aliter priſcos aliter recentiores (Nota) *colitis Sanctos, ſed eadem alacritate omnes. Non enim exploratis tempus, ſed exquiritis animi fortitudinem, fidem, zelum feruidum, & eas virtutes, quas præ ſe ferunt Sancti, ob quorum* (Nota) *honorem hodie conuenimus.* Et circa finem, *deſcripto ipſorum in fide feruore & in Martyrio fortitudine, alacritate & conſtantia, ſubiungit: Illos non indignum fuerit,* (Nota, quibus titulis & elegijs hos Sanctos Sanctus hic vir exornet,) *& columnas, & turres, & candelabra, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſicut turres muniunt* (Nota) *& ſicut ſcopuli omnes vndarum aſſultus repulerunt, multam interim ipſi tranquillitatem ſeruantes: ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerũt; & ſicut tauri, anima promptitudineq́; eadem, ſuaue Chriſti iugum traxere. Idcirco* (Nota, quomodo non ſolùm inuiſere, ſed & ſæpe inuiſere, Sanctorum Reliquias adhortetur) *ſæpe eos inuiſamus, tumulos* (Nota iterum de veneratione Reliquiarum) *adornemus, magnaque fide* (Nota) *Reliquias eorum contingamus, vt* (Nota cauſam fructumq́ue viſitationis & venerationis Reliquiarum) *inde benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim, ſicut Milites, vulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta, Regi monſtrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in ma*

ni-

nibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, (Nota interceſsionem Sanctorum efficaciſſ.) *quæcunque voluerint apud Regem cæterum impetrare poſſunt. Proinde* (iterùm exhortatur ad frequentandum Reliquias) *magna fide, promptitudineque huc veniamus, quo & viſis Sanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmijs, inde varios theſauros vndiquaque colligamus: vt per præſentem vitam ita iuxta voluntatem Dei tranſeamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria in ſæcula, Amen.*

Et hactenus quidem duos primarios Patres atq; adeò præcipua lumina Eccleſiæ Orientalis, Baſilium, inquam, & eius coæqualem Chryſoſtomum, quid de Reliquiarum viſitatione & cultu ſenſerint & docuerint ſuos, imò & quid à ſuis præcedaneis in Eccleſia etiam prioribus ſæculis iudicatum & creditum ſit, luculenter & expreſsè teſtantes, audiuimus: quorum teſtimonia ideo etiam fuſius aſſcripſimus, tùm quod ſummę & ſacroſanctæ auctoritatis ſunt, & proinde apud omnes pios & cordatos ſummam fidem merentur: tùm etiam quia negotiũ præſens, oppidò luculenter, & veluti ex condicto, a-

pertiſsimè, ſine inuolucris maximo haud du biè cum lectoris pij emolumento & confirmatione illuſtrant. Quapropter plures ex Græcis Auctoribus quorum pleroſq; & ſuprà citauimus, hoc loci producere, & nimis prolixum, & ſuperuacaneum atq; adeo moleſtum etiam, exiſtimantes, ad Patres Occidentalis & Latinæ Eccleſiæ tranſimus.

Diuinus ille Sacerrimus Præſul Mediolanẽſis, & B. Auguſtini in Spiritu Pater, AMBROSIVS, Epiſto. 85. ad Sororem: *Quia nihil ſanctitatem tuam eorum* (inquit) *ſoleo præterire quæ hic te gerantur abſente, ſcias etiam Sanctos Martyres* (Geruaſij & Prothaſij, de quorum inuentione hic agit) *à nobis inuentos. Nam cum Baſilicam dedicaſſem, multi tanquã vno ore interpellare cœperant dicentes, Sic in Romana Baſilica dedices. Reſpondi: faciam, ſi Martyrum Reliquias inuenero. Statimq; ſubijt veluti cuiuſdam ardor præſagij. Quid multa? Dominus gratiam dedit, formidantibus etiam Clericis iuſſi erudera ri terram eo loci, qui eſt ante cancellos Sãctorum Felicis atq; Naboris. Inueni ſigna conuenientia, adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret: ſic Sancti Martyres eminere cœperunt, vt adhuc nobis ſilentibus arriperetur vrna, & ſterneretur prona ad locum Sancti Sepulchri. Inuenimus miræ magnitudinis viros duos, vt priſca ætas ferebat. Oſſa omnia inte-*

gra

gra,ſanguinis plurimum. (O miraculum!) *Ingens concurſus Populi* (Nota, quanto cum feruore affluxerit populus ad SS. Reliquias) *per totum illud biduum. Quid multa? Condiuimus integra ac ordine; tranſtulimus* (Ecce tranſlatio Reliquiarum) *veſpere iam incumbente ad ad Baſilicam Fauſtæ, ibi Vigiliæ tota nocte, manus impoſitio: Sequenti die tranſtulimus ea in Baſilicam, quam appellant Ambroſianam. Dum trāsferimus, cæcus* (Nota) *ſanatus eſt. Talis mihi ad Populū fuit ſermo: Cum tam* (Nota; quomodo frequentem ad Reliquias conuentum laudarit) *effuſam tamq; inauditam conſiderarē conuentus veſtri celebritatem, & diuinæ gratiæ munera quæ in ſanctis Martyribus refulſerunt, imparem me, fateor, huic muneri iudicabā, nec fieri poſſe vt ſermone abſoluerem, quod vix poſſumus animo intendere, oculis cōprehendere, &c. Principes* (inquit deinceps poſt pauca) *populi quos alios niſi Sāctos Martyres æſtimare debemꝰ? quorū iā in numerū, diu ante ignorati, Prothaſiꝰ Geruaſiusq; ꝑferūtur, ꝗ ſterilē Martyrib. Eccleſiā Mediolanēſem, iā plurimorū Matrē filiorū, lætari paſſionis ꝓpriæ fecerint & titulis & exēplis? Cognouiſtis, imò vidiſtis ipſi multos à dæmonib. purgatos: Plurimi vbi veſtē Sāctorū manibꝰ cōtigerūt, his quibus laborabāt debilitatib. abſolutos. Reparata vetuſti corporis miracula, quo ſe ꝑ aduētū Domini Ieſu gratia terris maior infu-*

vmbra quadam ſanctorum corporum pleroſque ſanatos cernitis. Quanta oraria iactantur? Quanta indumenta ſuper Reliquias(Nota)*ſacratiſſimas,vt tactu ipſo medicabilia repoſcantur? Gaudent omnes extrema lintea contingere; & qui contigerit ſaluus erit. Gratias tibi Domine Ieſu,quod hoc tempore tales nobis Sanctorum Martyrum ſpiritus excitaſti, quo Eccleſia tua maiora præſidia deſiderat. Cognoſcant omnes quales ego Propugnatores* (Nota) *requiram, qui propugnare poſſint, impugnare non ſoleant. Hos ego tibi acquiſiui plebs ſancta, qui*(Nota) *proſint omnibus,nemini noceant. Tales ego ambio defenſores, tales milites habeo: quorum quo maiora eò tutiora patrocinia ſunt. Horum etiam illis ipſis qui mihi inuident* (Arrianos intelligit)*opto præſidia. Veniant ergo & videant* (Nota) *Stipatores meos, talibus me armis ambiri non nego. Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur. Heliſæum ſcripturæ diuinæ ſeries refert, 4. Reg. 6. cum ab exercitu Syrorum eſſet obſeſſus, dixiſſe timenti ſeruulo, ne timeret, quia plures, inquit, pro nobis ſunt, quàm contra nos: Et vt hoc probaret, petiſſe vt oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adeſſe vidit Prophetæ exercitus Angelorum. Nos etſi eos videre non poſſumus, ſentimus tamen. Erant clauſi iſti oculi, quamdiu obruta, Sanctorum corpora delite-*

ſce-

ſcebant: Aperuit oculos noſtros Dominus, videmus auxilia(Nota, quantum Martyrum patrocinio tribuat pientiſsimus hic & diuinus Epiſcopus)*quibus ſumus ſæpè defenſi: non videbamus hæc, ſed habebamus tamen. Itaq; trepidantibus nobis, quaſi dixerit Dominus: Aſpicite quantos vobis Martyres dederim. Ita reſeratis oculis, gloriam Domini ſpeculamur*(Nota) *quæ eſt Martyrum paſſione præterita & operatione præſens. Euaſimus Fratres non mediocrem pudoris ſarcinam, Patronos habebamus,* (Nota, quod Martyres Patronos nuncupet) *& neſciebamus. Inuenimus vnum hoc quo videamus præſtare maioribus. Sanctorum Martyrum cognitionem quam illi amiſerũt, nos adepti ſumus. Eruuntur*(Nota) *Nobiles Reliquiæ ſepulchro ignobili, oſtenduntur Cælo Trophæa. Sanguine tumulus madet* (ac ſi recens demum eſſent decollati) *apparent cruores triumphales, notæ inuiolatæ, Reliquiæ loco ſuo & ordinatè repertæ, auulſum humeris caput. Nunc ſenes repetũt, audiſſe ſe aliquando horum Martyrum nomina, titulumq; legiſſe: perdiderat ciuitas ſuos Martyres quæ rapuit alienos. Etſi hoc*(nota Reliquias eſſe Dei munus) *Dei munus eſt, tamen gratiam* (nota rurſus)*quam temporibus Sacerdotij mei Dominus Ieſus tribuit, negare nõ poſsũ; quia ipſe Martyr eſſe nequeo, hos vobis Martyres acquiſiui. Succedãt victimæ triumphales in locũ vbi Chri-*

ſtus hoſtia eſt (loquitur de Sãcto Euchariſtię in Miſſa.) *Sed ille ſuper Altare, qui pro omnibus paſſus eſt: iſti ſub Altari, qui illius redempti ſunt paſſione. Hunc enim locum prædeſtinaueră mihi. Dignum id enim vt ibi requieſcat* (.ſ. ante Altare) *Sacerdos, vbi offerre* (Nota Sacrificiū corporis Chriſti) *conſueuit. Sed cedo Sacris Victimis dexteram portionem; locus iſte Martyribus debebatur. Condonamus ergo Reliquias ſacroſanctas* (audi) *& dignis ædibus inuehamus, totumq́; diem* (Nota) *fida deuotione celebremus.*

De hac Martyrum inuētione & translatione & B.Auguſt. oculatus teſtis ſic loquitur li.22. de ciuit. Dei, c.8. *Miraculū quod Mediolani factum eſt, cum illic eſſemus, quando illuminatus eſt cæcus, ad multorū potuit notitiam peruenire, quia & grandis eſt ciuitas, & ibi erat tūc Imperator, & immenſo populo teſte res geſta eſt, concurrente ad corpora Geruaſij & Prothaſij.* Quæ cum laterent & penitus neſcirentur, Epiſcopo Ambroſio, per ſomniū reuelata, reperta ſunt, vbi cæcus ille depulſis veteribus tenebris diē vidit. Et alibi. Tom.1.lib.9. Confeſſ.c.7. *Tūc* (cū.ſ. Iuſtina Valentiniani Imperatoris pueri mater, Ambroſiū pſequeretur ab Arrianis ſeducta) *memorato Antiſtiti tuo,* (Ambroſio) *p viſum apparuiſti* (loquitur ad Deū) *quo loco laterent Martyrū corpora Prothaſij & Geruaſij, quæ p tot annos incorrupta* (nā

ſub

ſub Nerone paſsi erant) *in theſauro ſecreti tui recõdideras, vndè oportunè promeres, ad coërcendam rabiẽ fœmineã, ſed regiam. Cum.n.propalata & effoſſa* (Nota) *digno cũ honore transferrẽtur ad Ambroſianã Baſilicã, non ſolùm quos immundi vexabãt ſpiritus, cõfeſſis eiſdẽ dæmonibus, ſanabantur; verũ etiam quidã plures annos cæcus ciuis ciuitatiq; notiſſimus, cũ populi tumultuãtis lætitiæ cauſam q̃ſiuiſſet, atq; audiſſet, exiliuit, eoq; ſe vt duceret, ſuũ ducẽ rogauit. Quò pductus, impetrauit admitti, vt ſudario* (Nota) *tãgeret pheretrũ precioſæ in cõſpectu tuo mortis Sãctorũ. Quod vbi fecit & admouit oculis, cõfeſtim aperti ſunt.* Hactenus D.Aug. (vide eundẽ de ijſdem Tom 1.li.1.Retract.c.13.) de Reliquijs & miraculis horũ SS. Geruaſij & Prothaſij: q̃ Arriani, q̃ tũc tẽporis Eccleſiam Dei atq; adeo ipſũmet Ambroſiũ acerrimè infeſtabãt, negare, & B.Ambroſio, qđ pecunia conduxiſſet cœcũ illũ & cæteros obſeſſos, vt tali malo ſe laboraſſe, populo pſuaderẽt, affingere nõ ſunt veriti; quapropter & S.Ambroſi9 ipſorũ impudentiã & impiã calumniã, ſermone, altero die, poſt inuẽta hæc SS. Corpora, habito, refellere fuit coactus. Sed audiam9 ipſũmet Sanctũ, p Sãctis, aduerſus Arrianos (q̃bus noſtri hęretici ſunt ſimiles, q̃ itidẽ Sãctarũ Reliquiarũ miracula aut impudẽter negãt aut ſi negare nõ poſsũt, magiæ & p̃ſtigijs dæmonis aſſcribũt) depugnantẽ. Ser-

Sermone igitur, de Inuentione Corporum Sanctorum Geruaſij & Prothaſij; qui eſt, in æditione Frobeniana, Sermo 91. *Heſterno*, inquit B. Ambroſius, *tractaui verſiculum; Dies diei eructat verbum; pro vt noſtri tulit capacitas ingenij: hodie mihi non ſolùm ſuperiore tempore, ſed præſente quoque prophetaſſe videtur ſcriptura diuina. Nam cum diebus ac noctibus* (obſerua, quanta Populi circa Reliquias iſtas fuerit pietas & deuotio) *continuatam videam ſanctitatis veſtræ celebritatem; iſtos eſſe dies prophetici carminis oracula declarare, heſternum atq; hodiernum, de quibus oportuniſſimè dicitur: Dies diei eructat verbum; & iſtas noctes, de quibus aptiſſimè diſputatur; quia nox nocti indicat ſcientiam. Quid enim aliud hoc biduo, niſi verbum Dei, intimo eructaſtis affectu, & ſcientiam vos habere fidei* (Nota cultores Reliquiarum non eſſe idololatras, ſed ſcientiam fidei habere) *probauiſtis? Cui tamen celebritati veſtræ qui ſolent* (Arrianos intelligit: Nota contra noſtros hagiomachos) *inuident. Et quia Celebritatem veſtrā inuidis animis ferre non poſſunt, cauſam celebritatis odere,* (Nonne his verbis & noſtros Euangelicos, ſcilicet, qui Reliquias ſacras, & earundem celebritates ſubſannant, graphicè depingit, & euidenter quoq; & meritiſsimè perſtringit?) *atq; in amentiæ tantum producunt, vt negent Martyrū me-*

merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta eſt incredulorum perfidia (hæretici diabolo perfidiores*) vt tolerabilior ſit diaboli confeſſio. Dicebat enim diabolus: Ieſu fili Dei viui, quid veniſti ante tempus torquere nos? Et cum hæc audirent Iudæi, ipſi tamen filium Dei negabant. Et nunc audiſtis clamantes dæmones, & confitentes Martyribus, quod pœnas ferre non poſſint, & dicentes: Quid veniſtis, vt ante tempus nos tã grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non ſunt iſti Martyres (*nunquid non & his ſimilia hodie audire eſt à modernis hæreticis?*) nec torquere diabolum poſſunt, nec aliquem liberare; cũ tormenta dæmonum ipſorum voce probantur, & beneficia Martyrum, remedijs cæcorum, & abſolutorum indicijs declarentur. Negant cæcum* (proh impudentiam!) *illuminatum; ſed ille nõ negat ſe ſanatum. Ille dicit: Cæcus eſſe deſiui, & probat facto: Iſti beneficium negant, qui factum negare non poſſunt. Notus homo eſt, publicis, cum valeret, mancipatus obſequijs; Seuerus nomine; Lanius miniſterio, Depoſuerat officium, poſtquã inciderat impedimentum. Vocat ad teſtimonium homines, quorum ante ſuſtentabatur obſequijs. Eos iudices ſuæ viſitationis accerſit, quos habebat teſtes & arbitros ſuæ cœcitatis Clamat, quia vt contigit fimbriã de veſte Martyrum, qua Sacræ Reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi ſit lumẽ.*

Non-

Nōne ſimile illud eſt, atq; illud quod in Euāgelio legimus? Vnius.n.potētiā laudamus auctoris, nec intereſt vtrū opus ſit an mun⁹, cū & muneret in opere, & operetur in munere. Quod.n.alijs faciē- dū donauerit(Nota, De⁹ Sanctis donat mun⁹ operādi ſanitates, & ipſe p̄ Sanctos opatur.) *hoc in aliorū opere nomē eius operatur. Legimus ergo in Euāgelio, Ioā. 9. Iudæos cū viderēt in illo cæco ſanitatis remediū, requiſiſſe Parentū teſti- moniū. Interrogabāt quomodo videt filius veſter? cū ille diceret, cæcus cū eſſem, modo video. Hoc et iſte dicit: Cæcus fui & modo video. Interrogate alios ſi mihi nō creditis, interrogate extraneos, ne aſtipulare mihi parētes putetis. Deteſtabilior iſto rū*(Hæreticorū) *quā Iudæorū pertinacia. Illi cū dubitarēt, vel parētes interrogabāt. Iſti occultè interrogāt, palàm negāt, iā nō operi increduli, ſed & autori. Sed q̄ro, qui nō credant, vtrū à Mar- tyrib. poſſint aliq; viſitari, hoc eſt Chriſto non cre- dere: Ipſe.n.dixit:* (Ioā.14.) *Et maiora his faci- et: an ab iſtis Martyrib. quorū merita iādudum vigēt, corpora dudū repta ſunt. Quæro hic, vtrū mihi, an Sanctis Martyribus inuideāt? Si mihi, nūquidà me aliquæ virtutes fiūt? Nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuidēt, q͛d meū nō eſt? Si Martyribus; reſtat.n. vt ſi mihi nō inuidēt, Martyrib. inuidere videātur; oſtendūt* (Nota, cur hęretici Catholicorū Sanctorū ho nori & miraculis inuideāt) *alterius Fidei fuiſſe*
Mar-

*Martyres,quū ipſi credūt. Neq;.n.aliter eorū operib. inuiderēt, niſi fidē in his fuiſſe eā,quā iſti nō habēt,iudicarēt. Fidē illā Maiorū traditione (*Nota*)firmatā q̄ dæmones ipſi negare nō poſsūt, ſed Arriani negāt. Audiuim⁹ hodie dicētes eos, quib. man⁹ imponebatur,nemīnē poſſe eſſe ſaluū, q̄ Patrē & Filiū & Spūm ſanctū negaret,q̄ Trinitatis omnipotētē virtutē nō crederet. Cōfitetur hoc diabolus. Sed Arriani nolūt cōfiteri. Dicit.n. diabol⁹: Sic torq̄atur,quēadmodū ipſe à Martyrib torq̄batur,q̄ Spūs ſācti deitatē negarit. Nō accipio à diabolo teſtimoniū,ſed cōfeſſionē. Inuitus dixit diabol⁹, ſed exact⁹, & tortus. Q̄d nequitia ſupprimit,extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis,et adhuc cedere neſciūt Arriani. Quāta p̄peſſi ſunt?et quēadmodū Pharao,malis ſuis indurātur. Dicebat diabol⁹,vt ſcriptū legim⁹, Scio te q̄s ſis. Tu es filius Dei vini. Dicebāt Iudæi, Neſcim⁹ quis ſit. Dicebāt hodie et ſupiore die vel nocte dæmones; Scim⁹ quia Martyres eſtis: Veniſtis p̄dere nos. Arriani dicūt, Nō ſunt dæmonū vera tormēta,ſed ficta & (*Nota,& nihil mireris, ſi & noſtri heretici ſimiliadicāt)cōpoſita ludibria. Audiui multa cōponi,hoc nemo vnq̄ fingere potuit, vt dæmoniacū ſe eſſe ſimularet. Quid illud,q̄d ita illos exagitari videm⁹, q̄bus man⁹ imponitur, vbi hic locus fraudi eſt, vbi ſuſpicio ſimulādi ſed nō ego ad ſuffragiū Martyrū vſurpo vocē dæmoniorū. Beneficijs ſacra paſſio ſuis cōprobetur. Habet indices ſed purgatos, habet teſtes, ſed abſolutos.*

Melior vox eſt, quã ſanitas loquitur eorũ q debiles aduenerũt. Melior vox eſt, quã ſanguis (Martyrũ) *emittit. Habet enim ſanguis vocẽ canorã, quæ de terris ad cælũ peruenit. Legiſtis dicente Domino: Sãguis Fratris tui clamat ad me. Gen. 4. Et hic ſanguis clamat coloris indicio: Sanguis clamat operatiõis* (miraculorũ) *præconio: Sanguis clamat, paſſionis triumpho. Satisfactum eſt petitioni veſtræ vt condendas heſterno, in hodiernum diem differremus Reliquias.*

Idẽ, Sermone de Nazario & Celſo, Vigilantio & omnib. hagiomachis, Sanctorũ Reliquijs, oblatrantibus, ſic inter alia reſpondet: *Quod ſi dicas mihi*, inquit, *quid honoras in carne iã reſoluta, atq; cõſumpta, de qua nulla iã Deo cura eſt? Honoro*, inquit, *in carne Martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices; honoro viuentis memoriã perẽnitate virtutis: honoro in cineribus ſemina æternitatis; honoro corpus quod mihi Dominũ meũ oſtẽdit diligere, quod me propter Dominũ mortẽ docuit nõ timere. Cur aũt nõ honorẽt corpus illud fideles, quod reuerẽtur & dæmones: q̃d & afflixerũt in ſupplicio, ſed glorificãt in ſepulchro? honoro itaq; corpꝰ q̃d Chriſtꝰ honorauit in gladio, q̃d cũ Chriſto regnabit in Cœlo.*

Magnus ille & SS. Patrum Occidentalis potiſsimum Eccleſiæ celeberrimus Epiſcopus & Doctor, Diuus Aurelius Auguſtinus, toties, & tam multis in locis, præ-

prę clarum de SS. Reliquiarum miraculis, veneratione, & viſitatione fert teſtimonium, vt quid potiſsimum primo loco proferre debeam, plane ignorem. Citauimus quæſtione ſuperiore, quædam ex illo, quæ hic repetere opus non eſt. Integrum illud caput 8. lib. 22. de ciuitate Dei, quod totum in recenſendis & celebrandis miraculis Sanctorum vita functorum, maximè D. Stephani protomartyris, inſumitur; hoc loci aſſcribere, nimis foret moleſtum: inprimis, quando prolixiores fuerimus, quam propoſueramus, in tranſſcribendis Patrum teſtimonijs, ob id, quod videbatur ſic ex vſu fore lectoris. Fortaſſe alio loco occaſio dabitur, in Lectoris gratiam qui volumen iſtud non habet, omnia aſſcribere, quæcunqe memorato capite Sanctus ille Præſul de Reliquijs & earūdem efficacia comemorat. Vno igitur atque altero teſtimonio ipſius, hoc loci contenti erimus.

Tom. 2. Epiſt. 103. ad Quintianum, *Portãt ſanè* (inquit: Galla ſcilicet vidua ſancti Propoſiti, & Simpliciola virgo ſacra, eiuſdem filia:) *Reliquias Beatiſſimi & glorioſiſſimi Martyris Stephani, quas nō ignorat Sanctitas veſtra, ſicut* (nota) *& nos fecimus, quam conuenienter honorare debeatis.*

Idem Tom. 3. de Eccleſiaſticis dogmati-

bus cap. 73. *Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum Reliquias, ac ſi Chriſti membra, ſynceriſſimè* (Nota) *honoranda, & Baſilicas cum eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta, diuino cultui mancipata,* (nota, de peregrinationibus: & viſitationibus, Baſilicis & Reliquijs Diuorum) *affectu pyſſimo & deuotione fideliſſima adeundas* (quid poterat dici apertius?) *credimus. Si quis contra hanc ſententiã venerit,* (nota Hęretice) *non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus creditur.*

His adhuc contemporaneum ſanctiſsimũ illũ Aureliũ & vere Prudentium ſubiungere placuit. Ille lib. Peri Stephãnõ.i, de Coronis. Hymno in honorem Hemiterij & Chelędonij, & ſic inter alia Sanctorum preconia celebrans, & omnes pios ad eorum Reliquias viſendas extimulans canit.

Scripta ſunt, inquit, *cælo duorum*
Martyrum vocabula,
Aureis quæ Chriſtus illic
Annotauit literis.

Sanguinis notis eadem
Scripta terris tradidit,
Pollet hoc felix per orbem
Terra Hibera ſtemmate.

Hic locus dignus tenendis
Oſſibus viſus Deo,
Qui beatorum pudicus

Eſſet

Eſſet hoſpes corporum.
Hic calentes hauſit vndas
Cæde tinctus duplici.
Illitas cruore ſancto (Nota)
Nunc arenas incolæ
Confrequentant, obſecrantes
Voce, votis (Nota) *munere.*
Exteri nec non & orbis
Huc colonus aduenit.
Fama nam terras in omnes
Præcurrit proditrix,
Hic (nota) *Patronos eſſe Mundi*
Quos precantes ambiant.
Nemo puras hic rogando
Fruſtra congeſſit preces,
Lætus hinc terſis reuertit
Supplicator fletibus.
Omne quod iuſtum popoſcit
Impetratum ſentiens:
Tanta pro noſtris periclis
Cura ſuffragantium eſt,
Non ſinant inane vt vllus
Voce murmur fuderit,
Audiunt, ſtatimq; ad aurem
Reges æterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipſo
Dona terris influunt,
Supplicum cauſas petitis
Quæ medelis irrigant,

Nil ſuis bonus negauit
Chriſtus vnquam teſtibus, (Martyribus)
Teſtibus, quos nec catena,
Dira nec mors terruit.

Et poſt pauca enumerans miracula apud Reliquias facta & fieri ſolita, inquit:

Cerne quam palam feroces
Hic domantur dæmones.
Qui lupino capta ritu
Deuorant præcordia.
Stragulant mentes & ipſas,
Seq; miſcent ſenſibus.
Tunc ſuo iam plenus hoſte
Siſtitur furens homo.
Spumeas efflans ſaliuas
Cruda torquens lumina,
Expiandus quæſtione
Non ſuorum criminum:
Audias, nec tortor aſtat,
Eiulatus flebiles.
Scinditur per flagra corpus
Nec flagellum cernitur.
Creſcit & ſuſpenſus ipſe
Vinculis latentibus.
His modis, ſpurcum latronem (diabolum.)
Martyrum virtus quatit.
Hæc coërcet, torquet, vrit,
Hæc catenas incutit,
Prædo vexatus relictis

So

Se medullis exuit.
Linquit illæſam rapinam,
Faucibus ſiccis fugit,
Vngue ab imo vſq; ad capillum
Salua reddit omnia.
Confitens ardere ſeſe,
Nam gehennæ eſt incola.
Quid loquar, purgata longis
Alba morbis corpora?
Algidus cum decolores
Horror artus concutit,
Hic tumor vultum relinquit
Hic color verus redit.
Hoc bonum Saluator ipſe
Quo fruamur præſtitit,
Martyrum cum membra noſtro
Conſecrauit oppido.
Soſpitant quæ nunc Colonos
Quos Hiberus alluit.
State nunc (nota) *hymniſtæ Matres*
Pro receptis paruulis.
Coniugum ſalute læta
Vox maritorum ſtrepat:
Sit dies hæc feſta nobis,
Sit ſacratum gaudium.

Poſſent etiam, Chriſtiane lector, grauiora, firmiora, & magis illuſtria Teſtimonia hac, quam probandam ſuſcepimus, de re, nimirum; Sanctas Sanctorum Martyrum & Diuo

rum cœlitum Reliquias diuinitus conceſſas miraculorum,gratia Dei, effectrices, multis nominibus religioſè viſitandas, deuotè & pientiſsimè colendas, maximiq́, faciendas eſſe; produci, aut vt nihil de alijs Patribus, quos oẽs huc adducere immẽſi laboris foret, dicã,deſiderari? Quẽ non hic tã ſacer tantorũ Patrũ, atq; adeo totius Eccleſię Catholicę, cuius in Concilijs potiſsimũ emicat ſaluberrima & ſanctiſsima auctoritas,ꝑpetuus, & tã vnanimis conſenſus, ſuffragante potiſsimũ aperta Scriptura;niſi cordis planè ferrei & adamantini ſit; ad SS. Reliquias piè viſitandas,& ex fide colendas permoueat;& ad deteſtandum aduerſariorum profligatam cœcitatem & ſacrilegam maledicentiam,qua eas petulanter inceſſunt,accendat?

XVI.

Quem fructum porrò conſequimur, quando ſanctas Diuorum Reliquias deuotè viſimus & religioſè veneramur?

Chriſti Ieſu Saluatoris noſtri ſuperbenedicti,ſanctam Crucem, quam ſuo ſacratiſsimo corpore, atq; adeo cruore ſanctificauit; lintea item, aut veſtes ſacras quibus in Myſterio noſtrę Redemptionis non tam conditione quàm dignatione vſus eſt, cùm coràm intuemur,aut, vt par eſt, religioſè veneramur,fieri non poteſt,quin viua & efficaciſsima

ma Christi eiusq; Paſsionis atq; adeo noſtræ Redemptionis memoria in nobis refricetur, & cor noſtrum, modo planè induratum non ſit, in amorem Redemptoris & gratiarũ a-ctionem, pro tanta tamq; ineffabili miſericordia, atq; adeo ſingulare ac ſummũ gaudium & lætitiam ſpiritualem extimuletur, ac quaſi inardeſcat: id quod identidem non poteſt nõ fieri, quando attenta cum conſideratione & præſenti animo, Reliquiàs, veſtes inquam & linteamina Sanctiſsimæ Deiparæ, maximè, quib. in ſaluberrimo Salutis Partu vſam conſtat, piè & deuotè contemplamur. Grata porrò Natiuitatis, & Paſsionis Christi, Redemptionis humanæ, ſummæ miſericordiæ & beneficentiæ Dei, memoria, quantum ad conciliandum fauorem Dei erga nos & impetrandum gratiam, valeat, & quantopere cor noſtrum in amorem, honorem, timorem & obedientiam Dei, nec non in peccati deteſtationem & odium percellere & cõmouere ſoleat (vt taceam per religioſum earundem aſpectum vel venerabundum ex fide contactum, non minus quam olim, Christo adhuc morituro, Matt.14. virtutem non poſtremá in nos diuinitus deriuari) norunt, experiuntur, teſtanturque omnes pij; non negant niſi impij, & illi, quib. & Christus & ea quæ Chriſti ſunt, ſordent prorſus & deſipiunt.

AdSS. Diuorum Reliquias quod attinet, vtique diffitendum non eſt, Sanctis ex honore & cultu noſtro nihil planè, quo indigeant accedere: neque enim illi noſtro opus habent honore, qui à Deo ipſo vltra omnem dicendi facultatem honorátur: ſicut nec Deus ipſe noſtro honore aut cultu neceſſe habet. Attamen ſicut Deo gratum eſt, quando à pijs ſanctificatur & colitur: ita & haud dubiè illi placet maximè, ſi Sanctos ſuos, quos ipſemet tanto dignatur honore in cœlis, & nos, propter Chriſti meritum, & diuinam gratiam, quibus excelluere ſanctique fuere, digna & congrua veneratione proſequamur in terris. Cum enim Sanctorum animas laudibus vehimus, & corpora ſacraſque Reliquias ex fide & amore, ea qua diximus ex cauſa, veneramur, quid aliud quæſo, quid colimus & exoſculamur in Sanctis, quam Deum ipſummet, in Sanctis ſuis potentem & mirabilem; & meritum Chriſti in ijſdem efficax; atque ſic vniuerſum iſtum honoris & venerationis cultum primariò & principaliter in Deum & Chriſtum tranſſcribimus? Hunc erga ſe ſuoſque intimos Amicos pietatis & deuotionis cultum, quin Deus ſibi, ob fidem, tanquam opus bonum vnicè placentem, pro ſua ineffabili miſericordia affatim & multis beneficijs remuneret, negari

nequaquam poteſt. Atque hic quem pij ex Reliquiarum fideli cultu à Deo adipiſcuntur, fructus eſt procul dubio primarius & maximus.

II. Per deuotam Sanctarum Reliquiarũ viſitationem, cultum & venerationem condecentem, magnopere quoque confirmamur in Fide: deprehendimus enim & experimur, quam efficax fuerit meritum Chriſti in Sanctis, quamq, omnia potuerint in Chriſto etiam præter & contra naturam: videmus etiam Chriſti promiſsiones in præſtandis auxilijs & conferenda gratia, ad benè beateque viuendum affatim in Sanctis eſſe reipſa completas. In fide quoque reſurrectionis, & beatitudinis æternæ, Sanctis ob vitam piè tranſactam collatæ, ſecundum animas, & certiſsimè quoque in corpore ſicut & nobis, ſi Sanctorum veſtigijs inſiſtamus, conferendæ mirum in modum ex SS. Reliquiarum mirandis, quæ experimur, virtutibus ſolidamur. Niſi enim reſurrectura eſſent Sanctorũ corpora, & animæ iamdum in cœlis regnarent coronatæ cum Chriſto, vtique eorum Reliquiæ & cineres tantis non coruſcarent nec illuſtrarentur miraculis. Qua de re ſic D. Auguſtinus, ante Annos mille ducentos ferè, ſcripſit; lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 9. *Cui,* inquit, *niſi huic fidei atteſtantur iſta miracula*

 (quæ

(quæ cap. præcedente apud Reliquias S. Stephani facta recẽſuerat) *in qua prædicatur Chriſtus reſurrexiſſe in carne, & in cœlos aſcẽdiſſe cũ carne? Nã & ipſi Martyres huic fidei martyres.i. huius fidei teſtes fuerunt, huic fidei teſtimoniũ perhibentes, mundum inimiciſſimum & crudeliſſimum pertulerunt, eumq; non repugnando ſed moriendo vicerunt. Pro iſta fide mortui ſunt, qui hæc*(miracula)*à Domino impetrare poſſunt, propter cuius nomẽ occiſi ſunt. Pro hac fide præceſſit eorum mira patientia, vt in his miraculis tanta iſta potentia ſequeretur. Nam ſi Carnis*(nota) *in æternum reſurrectio, vel non præuenit in Chriſto, vel non ventura eſt, ſicut prænunciatur à Chriſto, vel ſicut prænunciata eſt à Prophetis, à quibus prænunciatus eſt & Chriſtus: quare Martyres tanta poſſunt*, (Nota) *qui pro ea fide, qua hæc reſurrectio prædicatur, occiſi ſunt? Siue enim Deus ipſe per ſeipſum miro modo, quo res temporales operatur æternus, ſiue per ſuos miniſtros illa faciat: & eadem ipſa quæ per miniſtros facit, ſiue quædam faciat etiam per Martyrum ſpiritus, ſicut per homines adhuc in corpore conſtitutos: ſiue omnia iſta per Angelos, quibus inuiſibiliter, immutabiliter, & incorporaliter imperat, operetur: vt quæ per Martyres fieri dicuntur, eis orantibus tantum & impetrantibus, non etiam operantibus, fiant, ſiue alia fiant iſtis, alia alijs modis, qui nullo*

lo modo comprehendi à mortalibus poſſunt: ei tamen atteſtantur (Nota) *hac fidei, in qua carnis in æternum reſurrectio prædicatur.*

Fides præterea Catholica, Apoſtolica, orthodoxa, & auita atque adeo Romana, per conſpectum & experientiam miraculorum quæ apud SS. Reliquias Diuorum (qui de hac nouitia Euangelicorum fide, aut perfidia potius, nihil quicq̃, nouere: ſed Antiquam & Catholicã Romanę Eccleſiæ fidem docuere, coluere, & morte etiam ac ſanguine obſignauere) eduntur quando honorificè eas viſitamus & colimus, in nobis mirificè accẽditur, fouetur & conſeruatur. Quomodo enim nõ cõfirmaremur in fide antiqua Romana catholica, quando videmus & præpendimus illos Martyres & Confeſſores, qui nobis eam veluti per manus à maioribus & Apoſtolis acceptã tradiderũt, quiq; nuperã hanc ac peregrinã inter ſe diſſectã ſexaginta annos nondũ habentẽ fidem ignorarunt, imò deteſtati ſunt, & quaſi eam prophetico ſpiritu præuidiſſent impugnarunt etiã & hæreſeos dãnauerunt, tanta gloria in cœlis, tantis etiã honoris inſignijs & miraculis effulgere in terris?

Hinc rurſus ait D. Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 10. *Faciunt*, inquit, *iſta Martyres, vel potius Deus, vel orantibus aut cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos*

non

non Deos eſſe noſtros, ſed vnum Deum habere nobiſcum (quod ſine eadem fide, quæ vna & vnica eſt, fieri nequit) credamus. Et iterùm. lib. 22. de Ciuitat. Dei cap. 8. vbi ex profeſſo S. Protomartyris Stephani miracula recenſet: *Quid erat* (inquit) *in cordibus exultantium,* (propterea quod quidam apud Reliquias S. Stephani à triſtiſsimo morbo eſſet liberatus) *niſi fides Chriſti* (quæ non poteſt eſſe niſi vna & Catholica Romana; quia tum nondum nata imò nec concepta erat, quæ nunc poſt mille ducentos annos, demùm malè parta eſt perfidia) *pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt.* Theodoretus quoque lib. 8. Curat. Græcarum affect. vt quæſt. 14. Centuria 4. citauimus, docet per Martyrum miracula, ipſorum Deum verè Deum eſſe declarari.

Hunc ſanctarum Reliquiarum in pijs effectum & fructum longè ſaluberrimum non ignorant Hæretici, & qui alienam à Martyrum & Diuorum fide perfidiam tuentur; & hac de cauſa tantopere pios homines à cultu & viſitatione SS. Reliquiarum retrahunt & deterrent, atque miracula inibi facta aut fieri ſolita, quæ planè ad earundem cultum inuitant & cogunt etiã omnes verè fideles, aut negant impudenter, aut impiè & ſacrilege, ſi negare & diffiteri non poſſunt, dæmonum præſtigijs aſſcribunt. Id quod non hoc

ſo-

ſolùm ſæculo in noſtris Sectarijs & Nouatoribus ad vnum omnibus, quantumlibet alias inter ſeſe diſſentiant & digladientur, animaduertere licet: ſed & olim ante mille ducentos Annos, ſacratiſsimus ille Præſul & Catholicæ Romanæ fidei inuictus & acerrimus propugnator Ambroſius, in Arrianis, qui ſuo tempore haud aliter quàm nunc fit, in Catholicam graſſabàtur Eccleſiam, deprehẽdit, & graphicè perſtrinxit, hæreticis. Sermone 91. ſic inquiens: *Non aliter eorum* (Martyrum ſcilicet, de quorum miraculis agit) *operibus inuiderent, niſi* (nota) *Fidem in his fuiſſe, quã iſti* (Arriani) *nõ habent, iudicarẽt, & Fidem illam Maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare non poſſunt*. Et ante hæc verba; *Oſtendunt*, inquit, *alterius fuiſſe fidei Martyres quam iſti ſunt*. Imo & alibi adeo à Deo apud Martyrum Reliquias miracula edi cum gratiarum actione agnoſcit, quia videlicet hoc pacto Deus fidei Eccleſiæ ſuæ cõtra exortas hæreſes ſuccurrat. Sed placet ipſiuſmet Ambroſij verba, quãuis ſuperiore quæſtione quoq; eadẽ poſuerim, hic iterùm repetere. *Gratias tibi* (inquit Epiſt. 85.) *Domine Ieſu, quod tales nobis Martyrum ſpiritus, hoc potiſſimum tempore* (quando Arrianiſmus graſſabatur) *quo Eccleſia tua maiora præſidia deſiderat*. Et D. Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. c.

7. te-

7. teſtatur & gratanter confitetur, *Deum eo tempore quo Iuſtina Valentiniani Regis pueri Mater, ab Arrianis infecta, Ambroſium hominem Dei ob Catholicam fidem acriter inſectaretur, & pro Baſilica Arrianis tradenda feruidè inſtaret, ſingulari beneficio & peropportunè Antiſtiti ſuo Ambroſio per viſum aperuiſſe, quo loco laterent Martyrum Protaſij & Geruaſij corpora. per quæ, cum transferrētur honorificè, ſtupenda fiebant miracula, vt ſic rabies fœminea ſed regia coërceretur. Id quod & factum eſt: nā inde*(vt verbis D. Auguſt. citato loco vtar)*illius inimicæ animus, etſi ad credendi ſanitatē nō applicitus, à perſequendi tamen furore compreſſus eſt.* Quin & ex ipſiuſmet D. Ambroſij Epiſtola 33. libri quinti, colligere eſt, Milites Arrianos, à Iuſtina Valentiniani maioris natu vxore, minoris verò natu Matre, vt diximus Arrianica quoque, ad hoc miſſos, vt Ambroſium ex Baſilica extruderet, & eam Catholicis ereptam, ad Arrianos transferrēt, Ambroſij conſtantia, & ſignis inuſitatis, quę ad corpora Martyrum Catholicorum oſtendebātur, obſtupefactos, nō modo ab omni vi abſtinuiſſe, ſed etiam errore relicto, recta fide, magnaque pietate Ambroſio ſeſe adiunxiſſe. Vnde manifeſtum euadit Martyrum Catholicorum Reliquias ad hoc efficaces, & diuinitus etiam, adiunctis ſignis, Eccleſiæ

do-

donatas eſſe, vt per eas earumque virtutes non modo in fide confirmentur Catholici, ſed etiam à perſecutione Catholicorum coërceantur, aut porrò etiam, ſi planè deſperati & perditi non ſint, conuertantur à ſua perfidia, & ad Catholicam fidem, pelliceantur & reducantur Hæretici.

III. Proficimus quoq; & non parum animamur in Spe, per SS. Reliquiarum deuotam viſitationem, contemplationem & venerationem. Spem enim inde maximam & certiſsimam concipimus, nos poſſe vias Domini ambulare, & mandata Dei perficere per ipſius gratiam: nec impoſsibilia eſſe præcepta diuina, ſicut & hæretici, & caro noſtra nobis perſuadere conantur: ſiquidem Sancti illi quorum Reliquias viſitamus, quoſq; certũ eſt ob voluntatem Dei plenè præſtitam, vita iam frui cœleſti, non minus quam nos carnis infirmitate circundati, & ſimiles nobis paſsibiles & fragiles fuere: & tamen diuino freti & adiuti præſidio peccatum vicerunt, operati ſunt iuſtitiam, & legem ac voluntatem Dei fideliter impleuerunt. Cur igitur & nos non confidamus, talibus conſpectis & ob oculos verſantibus exemplis confratrum noſtrorũ, per eandẽ Dei gratiã quam benignus Deus nobis fideliter petentibus nequaq̃ ne-

gabit, ſed æquè vt illis affatim elargietur & lubens: nos poſſe carnis, quantumuis effrenatæ, motus compeſcere, & ſpiritu viuere, ſpiritu quoq, ambulare, ſpiritusq; ductu, eá quam à nobis ſupremus Parens requirit, obedientiam præſtare?

IIII. In Charitate etiam Dei hac occaſione vehemẽter inardeſcimus. Quando enim oculis conſpicimus SS. Reliquiarum honorem, virtutes, miracula; & mente contemplamur, quanta iam effulgent felicitate in cœleſti patria, immarceſsibili gloria coronati à benigniſsimo Deo, qui in miſericordia & miſerationibus coronat, & Sanctis ſuis ſicut gratiam ita & gloriam præſtitit: quomodo non ad redamandam ac ſummis laudibus maximiſque gratijs proſequendam tantam Dei benignitatem & tam ineffabilem miſericordiam cum fratribus atque adeo cum membris noſtris iam collatam; & nobis quoque, ſi eos æmulemur in pietate ſuo tempore haud dubie conferendam, mens Chriſtiana inflammaretur atque inſurgeret?

V. Valet quoque Sanctarum Reliquiarũ religioſa viſitatio, ad hominis animum, ſi pius, aut non plane deſperatus & occœcatus ſit, ad Imitationem Sanctorum ſingulariter inſtigandum: & Deus optimus maximus per SS. Reliquiarum deuotum aſpectum,

aut

aut religioſum contactum, mentem fideliũ, mirum in modum, quoque inuiſibili energia & gratiæ inſtillatione, ad virtutis & pietatis, quæ in Sanctis illis eluxit, æmulatione, non excitare ſolùm, ſed & adiuuare quoque aſſolet: id quod præter euidentem, quam pij ſentiunt, experientiam, inter alios Patres, Sanctus quoque atteſtatur, & ad commendandas Peregrinationes ad SS. Reliquias plurimum vrget & exaggerat Chryſoſtomus. *Deus*, inquit, lib. contra Gentiles. Tom. 5. de Sancto Babyla Martyre, *qua eſt in humanum genus benignitate, inter alias quas infinitas nobis ſalutis noſtræ occaſiones dedit, & hanc quoque viam nobis à ſe munitam eſſe voluit, idoneum ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos Sanctorum Reliquijs. Nam poſt ſermonis facultatem ipſa certè Sanctorum ſepulchra proximum locum obtinent, ad animas hominum in ipſos Sanctos intuentium, ad virtutum earundem æmulationem excitandas, &c. Et quid,* inquit ibidem paulò pòſt, *hic de locis ac Sepulchris verba facio? quũ & ſæpè Veſtis S. ſola Mortuorum viſa, & verbum vnum in mentem influens, animum noſtrũ excitet, & memoriam interlabentem refricet? quib. de cauſis ipſas nobis Sanctorum Reliquias Deus reliquit, &c.* Docet etiã deinceps. Martyres ad ſuas Reliquias venientibus, quan-

tumlibet frigidis & effrenatis,flammam atq; incendium voluptatum ſiſtere ſopireq́ue ac magnam præterea animi Religionem inſtillare. Vide obſecro, ne hic iterùm repetere eadem cogamur, Chryſoſtomi Teſtimonia de SS. Reliquiarum cultu,& efficacia, quæſtione præcedente vbi ea ad longum poſuimus. Vide quoq; ſententiam Concilij Moguntinenſis,ibidem.

VI. Quando Sanctorum ſacras Reliquias ex fide & deuota Religione,ſicut ſemper fieri par eſt,viſitamus & illas tanquam pignora & monumenta Sanctorũ, organaq; ſacra Dei piè veneramur & colimus;hunc proculdubio fructum,præter enumeratas vtilitates referimus,quod ſic Sanctorum illorum merita participamus,& eorundem communioni arctius ac coniunctius aſſociamur. Scriptum eſt enim: Matth.10. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ,mercedẽ Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti,mercedem iuſti accipiet:Ex quibus verbis liquidò quoq; conſequitur,quod, qui honorat & colit Sanctos quia Sancti & Martyres Chriſti ſunt,(id quod illi quoque, qui eorum Reliquias deuotè viſitant,& religiosè ob Chriſti & Sanctorum amorem: ſicuti ex Ambroſio nuper quæſtione præcedente. Serm. de Nazario & Celſo, audiuimus:

mus: venerantur, faciunt vtique) citra controuerſiam mercedem etiam Sanctorum Martyrum ſint adepturi. Et ſi is qui laudat peccatorem, peccati quoque eius & impietatis nec non & pœnæ peccati reus hoc pacto efficitur: cur non è diuerſo, qui laudat; & pio conſenſu veneratur Sanctos & Cohæredes Dei ob ſanctimoniam & pietatem quam duce & auſpice Chriſti Spiritu fideliter & finaliter exantlarunt, ipſorum quoque meritorum & mercedis particeps & conſors efficeretur? Quantus vero fructus eſt, Sanctorum meritis aſſociari, & eorundem communioni conſortioque aſſcribi?

VII. Non ſolùm per piam & deuotam Sanctarum Reliquiarum venerationem & cultum, Sanctorum, vt dictum & probatum eſt, meritis adſciſcimur & participamus: ſed etiam propter, atque adeo per Sanctorum eorundem, quorum Reliquias propter Deum honore proſequimur, merita, protegimur, & non tantùm temporalia beneficia, puta ſanitatem corporis, &c. verumetiam, & præcipuè animæ chariſmata, virtutum incrementa & inæſtimabilia alia beneficia conſequimur. Hinc D. Damaſcen⁹ li. 4. c. 16. Fõtes, inquit, nobis ſalutares, dominator Chriſt⁹ ꝓbuit Sãctorũ Reliquias

multimodis beneficijs ſcaturientes. Et D. Chryſoſtomus Tom. 3. Sermone de Aſcenſione: *Ideo*, inquit, *dilectiſſimi Fratres, hodie conuenimus ad loca Beatorum, ad Sanctorum habitacula feſtinamus, vt conuentus noſter ipſorum quoque præſentia clarior redderetur: non enim in hoc Theatro Martyres tantum præſunt, ſed & Angelorum inſtantia locus decoratur.* Et paulo poſt: *Vides quod & Angeli præſunt, conſiſtunt Martyres, & vbique nobis præparantur auxilia. Quid igitur miſerius eſt qui conuentum iſtum ſplendidum relinquunt: & quid vobis beatius, qui ad tantam ſolennitatem concurrere voluiſtis?* Et Tom.5.homil.5. poſt reditum prioris Exilij *Ideo*, inquit, *Vos ad Apoſtolos* (Reliquias S. Andreæ & Timothei) *euocaui, &c. Veniamus ad Sancta corpora quæ Chriſti ſtigmata protauerunt, &c. Credimus nos iuuari eorum meritis.* Vide eundem in ſupra citatis Teſtimonijs, & præcipuè Sermone de Iuuentino & Maximo. Item hom.28. in cap.2. Geneſ.

Iuuaret quidem & S.Baſilij homil. in SS. 40. Martyres, aliorum SS. Patrum hac de re illuſtria teſtimonia aſſcribere, ſed quia hoc nimis prolixum eſſet, & ſupra quæſtione 15. & 16. potiſsima adnotauimus, oramus benignum Lectorem vti ea relegere & diligente perlegere non grauetur: magnam enim

inde

inde vtilitatem, magnum emolumentum eſt hauſturus, ita vt in fide Catholica & deuotione erga SS. Reliquias. plurimum inflammetur & reddatur confirmatior, aduerſusq; præſtigioſas ſacrilegasque Aduerſariorum ſycophantias & blaſphemias longè fiat inſtructiſsimus.

XVII.

Cur obſecro, Hæretici plerunque omnes, Sanctis Reliquijs, earundemq; tam auito tamq; pio cultui, ita ſunt infenſi: & eas quibus poſſunt modis non conuicijs modò horrendis inceſſunt, verum etiam vbicunque, quomodocunque, & quandocunque poſſunt; hoſtiliter inuadunt, contemerant, exurunt, & pedibus quoq; conculcant?

I. Diabolus Chriſti Sanctorumq; atq; adeo vniuerſi humani generis infenſiſsimus & implacabilis hoſtis, vbique per Sanctorum Reliquias, ex hominum, quos occupat, corporibus, pfligatur, & maximis præterea flagris & tormentis p eaſdē afficitur: vt pter quotidianā experientiā Sancti quoq; ſupra citati Patres, maximè. D. Chryſoſtomus Tom. 5. Sermone in Babylam Martyrem, & hom. 66. ad Pop. Antiochen. Item Tom 1. hom. 1. de Natali 7. Machabæorum. D. Ambroſius Epiſt. 85. ad Sororem. Et ſerm. 91. de Inuentione Prothaſij & Geruaſij. Et D. Auguſtinus, cùm a-

libi,tum maximè lib.22.de Ciuitate Dei cap. 8. Item & Prudentius peri Stephánon teſtantur. Hinc ille SS.Reliquijs adeo inuidet. & tantas illis paſsim inſidias ſtruit, & bellũ vbiq; mouet,cupiens illas non ſolum inglorias & ſine honore,ſed etiam penitus extinctas,& ex hominum tam conſpectu quã memoria eſſe ſublatas. Cum itaq; omnes ad vnũ hæretici qui ſe à corpore Chriſti nephariè ſegregarunt, Chriſti quoq; ſpiritum habere non poſsint,& proinde non niſi diaboli maligno ſpiritu, quo indubiò afflati ſunt,iuxta eius voluntatem præcipites agantur; nõ eſt mirum,ſi Sanctorum Reliquijs,à quibus ipſorũDominus & caput diabolus,tantas quotidie clades accipit,tantopere ſint infenſi.

II. Quantas vtilitates & quam vberes fructus ex SS.Reliquiarum pio aſpectu & religioſo cultu nanciſcamur;quęſtione proxima demonſtratum eſt.Iam Diabolus nec Diuorum honorem, nec Mortalium commoda & vtiles in pietate profectus æquo animo ferre poteſt:Iccirco ita hęreticos,quos ſuis laqueis irretitos,captiuos tenet, vt inquit S.Paulus,2. Tim.2. ad ſuam voluntatem: inſtigat, percellit & vrget etiam,ad SS. Reliquiarum cultum & honorem profligandum, & penitus quo ad fieri poteſt ſepeliendum.

III. Sancti illi Martyres & Cõfeſſores,quorum

rum SS. Reliquiæ tanto ſplendore refulgēt, tantiſq; miraculis coruſcant,& proinde meritiſsimè in maximo habentur honore & venerationis obſequio,ad vnum omnes Catholici & Romanæ Eccleſiæ alumni & fideles filij:Hæreticorū verò omniū hoſtes & aduerſarij fuere. Quid igitur mirum,ſi Hęretici illis inuideant & bellū moueāt,per quos ſciūt etiam mortuos,attamē Deo viuentes,& miraculis ſuam fidem etiam poſt mortem ſtabilientes,ſe ſuáq; hęreſim confundi,labefactari & manifeſtiſsimè quoq; condēnari. Hāc cauſam vrget quoque & adducit B. Ambroſius Serm.19. De inuētione Prothaſij & Geruaſij vt q̃ſtionib. proximè p̃cedētib. meminimus.

IIII. Certum eſt multos Catholicos ex religioſo aſpectu SS. Reliquiarum,& earundem miraculis & effectibus, in Catholica fide plurimum confirmari, & Hæreticos, aut ad hæreſim defecturientes non paucos,cum vident Catholicos Sāctos etiam vita functos per ſua corpora,aut alias Reliquias, tam mira operari, non ita temerè ad Hæreticorum caſtra deficere:ſed nō raro,etiāſi alias illis fuerint addictiores ad gremiū Eccleſiæ Catholicæ Romanæ,cuius tā infiniti Sācti tā ingentibus reſplendēt & emicāt ſignis,abſterſo,imò & deteſtato errore redire. Quin & multos Hæreticos, q̃ iniquiore erga Reliquias,ſuo-

rum dogmatibus infecti,erant animo, & eas non ex deuotione,ſed ex curioſitate aut porrò calumniandi ridendiúe ſtudio, aſpiciebant,inde tamen redijſſe meliores & mutaſſe ſententiam,hoc noſtro ſæculo videre fuit non infrequenter. Adeo Reliquijs vis quædam ineſt atque efficacia diuina,qua ſuos aſpectores,vel in pietate confirmare,vel porrò ad pietatem commouere conſueuere. vti & D.Chryſoſt.in ſermon.de Babyla quoque commemorabat. Hinc igitur pręter alias cauſas tam truculentos hoſtes aduerſus ſacras Reliquias ſeſe declarant, quotquot vſpiam ſunt, aut vnquam fuere prophani & inſani hæretici.

V. Et quomodo Sanctorum & æterna luce beatorum Reliquias non inſectarentur, impij & ſuo ipſorum iudicio, vt inquit D. Paulus ad Titum 3, condemnati hæretici,qui eorundem Sanctos Spiritus & animas cum Chriſto regnantes,craſſę ignorantiæ & manifeſti erroris & idololatriæ : quia nimirum Catholicam Romanam fidem, ignorata aut deteſtata nouitia illa & nuper nata ſpeciali fide, coluere : inſimulare non verentur, & proinde etiam cœlo exturbare atq; in æternam quoque damnationem (nihil diuina illa miracula, quibus Deus eos ſibi placuiſſe, & iam verè beatos eſſe, & proindè & piè cre-

diſſe

didiſſe, toti mundo teſtatur; vt auctoritatem Eccleſiæ, quæ eos inter Diuos, certiſsimis indicijs edocta retulit, prætercam, morati) detrahere conantur ſi poſſent? Omne ſimile amat ſibi ſimile, inquiebat ille: & Mundus, teſte Chriſto, diligit eos qui de Mundo ſunt. Si Sancti Martyres & Confeſſores, quorum Reliquias debito & religioſo proſequimur cùm amore tùm honore omnes vere Chriſtiani & pie Catholici, eiuſdem fidei & vitæ cũ Hęreticis & Sectarijs fuiſſent, bone Deus quibus non laudibus eorum vitam & Reliquias maximè editis tantis miraculis veherent, & in immenſum extollerent Nouatores iſti: qui ſuorum Anteſignanorum menſales, vt vocant, gerras, & nocturnas ac dormiturientium confabulationes, inſtar maximi theſauri colligere, & tantum non, ceu canonicam ſcripturam æſtimare vt indigniora taceam, & in lucem edere, nihil ſunt veriti? Quia verò de eorum ſynagoga non ſunt, nec illis aut fide aut moribus fuere ſimiles, hinc, hinc eſt quod Sancti cœlites, hoc ab iſtis referre coguntur iudicium: Si ita ſenſere, ſicut publicè præ ſe tulerunt aut docuere, quod plane & in æternum damnati ſint: hinc illorum & Reliquias quantũlibet ſtupendis miraculis coruſcantes & memorias honoreſq; meritiſsimos, nec videre, nec audire, nec vl-

lo modo tolerare poſſunt aut volunt; ſanctuli illi ſcilicet & nouo ſpecialiq; cœlo à quo Papiſtici Diui extorres ſunt cum noua ſua & ſpeciali iſta fide deſtinati & inſerendi nullis nec virtutibus nec miraculis præſtantes, Euangelici: vt nihil ſeſe à genio & veſtigijs ſuorum auorum & proauorum, Arrij nimirum, Vigilantij, Euſtachij, & aliorum iã olim damnatorum hæreticorũ atq; etiam Ethnicorũ, degeneraſſe, ſicut in alijs, ita & in hac quoq; impietate, ipſo facto declarent; homines reprobi mente, quorum gloria in confuſione eorum, & finis erit interitus.

XVIII.

Eſt igitur ingens ſcelus, Sacras Diuorum Reliquias dedecore aſpergere: conuincijs inceſſere: aut porrò manus etiã hoſtiles & violentas illis inferre?

Eſt ſanè maxima hæc & horribilis atq; adeo damnabilis impietas. I. Siquidẽ Deus diſerte dixit: Qui tangit vos tangit pupillã oculi mei, qui igitur Reliquias Diuorũ contumelia afficit, vtiq; in ipſummet Deũ grauiſsimè peccat. II. Sanctorũ corpora fuere templũ Spiritus ſancti. 1. Cor. 3. 6: qui igitur ea ꝓphanare aut voce, aut violẽta manu fuerit auſus, in ipſum Spiritũ Sanctum iniurius eſt: dicente ſcriptura. 1. Cor. 6. Si quis Templum Dei violauerit hũc diſperdet Deus. III. Non ſolum

ſolum animæ ſed etiã corpora Diuorũ pre-
cioſo Chriſti ſanguine redempta, atq; adeo
Chriſti etiã mẽbra fuere & ſunt. 1.Cor.3. Et
Chriſtus ipſe tã diſertè de ſuis proteſtatur:
Qui vos ſpernit, me ſpernit: qui me ſpernit
ſpernit eum qui miſit me. Matt.10. Itẽ: Quic-
quid & quãdiu feceritis vni ex minimis, mi-
hi feceritis. Matt.25. Omnis igitur illa igno-
minia, prophanatio, irreuerentia, ac impia
quoq; violẽtia, qua Sectarij Sacras Reliqui-
as indignè proſequuntur non tantum in Di-
uos, quorum exiſtũt Reliquiæ, ſed in ipſum-
met quoque Chriſtum, quorum intima mẽ-
bra, ſerui, fratres, ac cohæredes ſunt, atque
adeo in vniuerſam, ter ſanctiſsimam Trini-
tatem, redundat: quod quam horrendum &
immane ſit ſcelus, quis profari, imò quis ſa-
tis mente poterit concipere? IIII. Arcam
illam fœderis, in qua vmbræ tantum futuro-
rum reſeruabantur, tanti fecit, & tam inuiola
tam & omnib. modis ſanctã ac honoratã vo
luit Deus, vt nemo niſi ſanctificatus & leuiti
ci ordinis eã, idq; ſumma cũ reuerẽtia, aut at-
trectare, aut aſpicere deberet: Et Ozã, qui il-
lã labeſcentẽ, piè quidẽ, attamẽ nõ debite &
ſatis reuerenter, attingere & ſuſtẽtare vole-
bat, ſtatim ſubitanea morte pcuſsit. 2. Reg. 8.
Itidẽ, & quod magis eſt: Ex Bethſamitis, q il-
lã indignè eſſent contẽplati & ſine requiſita
re-

reuerentia intuiti, ſtatim, horrendum auditu, ſeptuaginta populi & quinquaginta milia plebis, violenta nece mulctauit: Et quiſquam eſt tam vecors aut emoti animi, qui aut nullum aut impune ſcelus exiſtimare audeat, Sanctorum Reliquias, ſacra inquam corpora: quæ viua Dei arca, membra Chriſti, organa ac habitacula Spiritus ſancti fuere, ſuo tempore diuina virtute reſuſcitanda, & vna cum animabus, ſedibus inſerenda & gaudijs cœleſtibus: indignis oculis aſpicere, impio ore conuiciari, aut ſacrilegis manibus polluere & prophanare? V. Theſaurum eſſe præſtantiſsimum Sanctas Reliquias, & non niſi diuino beneficio nobis collatas ac relictas: V. vere etiam eas, dignatione & virtute diuina, non ſolùm ad corporis ſanitatem & curationes, verùm etiã ad tuendas res ac Regiones noſtras: & quod magis eſt, ad extimulandas promouendasq́; mentes noſtras in ardens ſtudium ſyncera & neceſſariæ pietatis, & deteſtationem omnis impietatis; ſi illas piè & debita cum reuerentia ex fide & amore Dei viſamus, contemplemur, veneremur; nuper teſtabantur Sanctiſsimi ſacratiſsimiq́, Eccleſiæ Patres; & ipſa quoq; ſuffragatur, & confirmat, quæ negari non poteſt, experientia. Tanta igitur beneficia Dei, tamq́ue diuina ac efficacia, non ſolùm docu-

menta

menta & monumenta, ſed etiam adiumenta pietatis & ſalutis, contemptui habere, repudiare, conuicijs inceſſere; & homines pios omnibus illis fructibus, quos ſupra quæſt. 16. vtcunque recenſuimus, fraudare, quin ſit inexpialis & execrabilis quoque cæcitas, ſcelus, impietas, nemo cordatus dubitare, nemo pius inficiari poteſt. Videant igitur & memori mente perpendant Reliquiarum irriſores & prophanatores, & quotquot illis aut conſentiunt, aut conniuent colluduntq́;, quanto ſcelere & ſacrilegio ſeſe iſtiuſmodi hagiomachia obſtringant, quomodo ſeſe ab omni ſanctorum conſortio & communione ſecludant, & certiſsimæ demum damnationi, niſi pœnitentiam condignam agant, inuoluant. Videant quoque & ſedulò caueant omnes pij Catholici, ne in eorum conſilium anima ipſorum imprudens deſcendat: aut à Sanctorum Sanctarumq́; Reliquiarum debito cultu remorari diuelliúe ſeſe patiantur. Sicut enim ſcelus eſt, Sanctos dedecore aut conuicijs inceſſere: ita eoſdem debitis modis, vt miniſtros, & membra Chriſti, ac filios cohæredesque Dei, non venerari, delictum eſt: Scienti enim bonum & non facienti peccatum eſt, dicebat ille. Iacob. 4.

Quid

XIX.

Quid porrò aduerſus Sanctas Reliquias earūq́, miracula, viſitationem, & venerationem obijciunt Hæretici: & quomodo illis à Catholicis reſpondendum?

Ethnicorū, & qui illis paulò peiores ſunt, Hæreticorū eſt, cum ipſi impij ſint, prophani, & nihil niſi quod mundum & carnem ſapiat, habēt reliquum, Sanctorum ſacras Reliquias contemnere, conſpurcare, & indignis modis contemerare. Vt porrò Hæretici ſuæ impietati fucum aliquem & prætextum aſſuant, ſpecioſa quædam primo aſpectu, attamen reuera ficulnea & non niſi meris criminationibus ac blaſphemijs plena comminiſcuntur & proferunt argumenta: quæ omnia tametſi in ſuperioribus ſparſim ſatis ſint conuulſa, tamē in gratiam ſimplicium, ordine ea hic repetere, & ſolidè, ſed breuiter ac lanicôs remiſſo lectore ad ea quæ alibi adduximus, confutare atq; in ſuos fumos reſoluere non grauabimur. Partiemur porrò obiectiones eorum in tres claſſes: quarum prima ea argumenta quæ aduerſus ipſaſmet Reliquias, adferunt enumerabit: Secūda cauillationes recenſebit quib. Reliquiarū pia viſitatio, deuota veneratio, & ad eaſdē religioſa Peregrinatio impugnatur: Tertia verò quib. Reliquiarū Miracula impudēter cōuellere & falſitatis coarguere moliūtur obiecta cōplectetur.

PRIMVS INSVLTVS HAGIOMACHORVM, CONtra *ipſaſmet SS. Reliquias.*

I. Ob. contra ipſaſmet Reliquias.

Sanctorum Corpora & oſſa terræ mandanda & ſepelienda ſunt, non publicè proponenda, aut editiore in loco oſtentanda.

Reſponſio.

I. Sepeliuntur quoq; Diuorũ corpora: at editiore & magis conſpicuo ac celebri in loco ea collocari, q̃d impedit, aut vbi Deus vetat?

II. Veſtes & ſimilia quibus Sancti vſi ſunt, inter Diuorum Reliquias, cũ Sancto Eliſæo 4. Reg. 2. & ſacris Eccleſiæ Doctoribus, recenſemus: hæc porrò ſepeliri nõ poſſunt aut debent, ergo ſaltem iſtiuſmodi Reliquias licet aſſeruare.

III. Sepultura potiſsimum eò ſpectat, vt ſic gratiam mortuis præſtemus noſtràm, & tali pacto defunctorum corporibus honorẽ deferamus, fidẽq; reſurrectionis publico quaſi ſpecimine & monumẽto proteſtemur. Quid igitur intereſt, ſiue Sanctorum corpora in corde terræ condantur, an verò in altiore loco recondita conſeruentur?

IIII. Magnatum Corpora balſamo condiuntur, ne computreſcant citius: & Hæreſiarcharum cadauera in plumbeis aut ſtanneis

locu-

loculis honeſtiſsimo loco conſpicua collocantur: cur non liceat igitur Sanctorum Martyrum aliorumq; Diuorum ſacra pignora honeſto & aſpectabili loco reponere?

V. Oſſa quorumuis, qui quidem Chriſtianæ fidei fuerint, mortuorum, ſepulchris eruta, quæ non facilè in terram penitus conuertuntur, publico & antiquo, atq; adeo laudabibili more, non in Catholica ſolùm Eccleſia, verùm etiã apud Hęreticorũ conuenticula, in ſingulari ad hoc deputata domuncula, publicè collecta, omnium oculis & conſpectui proponuntur: vt ſic viuos tranſeuntes veluti moneant, & memoriam interlabentem, mortales quod ſint, & in medio vmbræ mortis ambulent, refricent, & porrò ad vitã piè ſancteque tranſigendam, ne mors eos in peccatis & imparatos obruat, ſanctis veluti calcaribus extimulent. Si per quorumlibet mortuorum etiam prophana oſſa publicè ꝓpoſita & tranſeuntium aſpectui expoſita, licet monere viuos, vt meminerint omnibus horis & momentis ſeſe eſſe mortales: Cur non multo iuſtius Sanctorum oſſa & ſacras Reliquias publicè proponere, & omnibus oſtendere liceat, vt diſcamus iuxta eorũ Exẽpla piè viuere, fortiter pati, & fideliter perſeuerare, vt poſsimus quoque tandem feliciter mori: idque non ſolùm eorum accenſi

veſti-

veſtigijs, verum etiam adiuti ſacratiſsimis meritis, & apud Deum Opt. Max. efficaciſsimis interceſsionibus.

II. Ob. contra Reliquias.

Reliquiæ Sanctorum non debent transferri: ſed in ſua quiete relinqui.

Reſponſio.

I. Vſus hoc vetuſtiſsimus in Chriſtianiſmo obtinuit, ceu diximus, vt mortuorum oſſa, in ædiculam, vt vocant, oſsium, Templis & cæmiterijs plerunq; vicinam; cùm vt alijs funeribus condendis locus ſit, tum vt mortuorum oſſa viuorum certiſsimam & impendentem mortem, cuius lege omnes ad vnũ homines tenentur aſtricti, veluti digito præmonſtrent, trãſferantur: & nemo adhuc hæreticorum, quod ſciam, hunc morem calumniari eſt aggreſſus. Si licet igitur ſine delectu quorumlibet, etiam damnatorum plerunq,: cur non & eorum, de quorum beatitudine per infallibilia ſigna certi ſumus, ſacra & venerabilia oſſa, ſimiles aut porrò ſacratiores ob cauſas, transferre; & alio, maximè honeſtiore & ſpectabiliore loco licebit collocare?

II. Tranſtulit SS. Apoſtolorum Petri & Pauli B. Pontifex & Martyr Cornelius. vt Platina in ipſius vita teſtatur: Tranſtulerunt

Reliquias quaſcunq;, incẽdio ereptas, colligere potuerunt B. Ioannis Baptiſtæ Religioſi Hieroſolymitani, vt habet Euſebius li. 11. Eccleſ. hiſt. c. 28. Tranſtulit D. Conſtantinus Imperator Auguſtus, vt præter alios de eo teſtatur B. Hieronymus Epiſt. contra Vigilantium, Reliquias SS. Andreæ, Lucæ & Timothei Conſtantinopolim. Translatæ ſunt (vt reliquas omnes ſolennes translationes præterea, quis enim omnes enumerare paucis queat?) Reliquiæ S. Stephani tempore S. Auguſtini, non ſine ſequentibus, & tranſlationem vt piam confirmantibus ſignis, vt idem cùm alibi, tùm potiſsimum li. 22. de Ciuitate Dei c. 8. teſtis eſt. Translatæ ſunt deniq;, non ſolùm non prohibente, ſed volente, ſed reuelante, ſed iubente Deo, ſacræ ſanctorum Martyrum, multis annorum chiliadibus paſſorum & ſepultorum, Prothaſij nimirum & Geruaſij, Reliquiæ per Sanctiſsimum Antiſtitem Ambroſium, in Eccleſiam Ambroſianam, ſubſecutis maximis & celeberrimis miraculis: ſicut præter Ambroſiũ, Epiſt. 85. & Serm. 91. etiam B. Auguſtinus oculatus teſtis, lib. 9. Confeſſ. c. 7. & lib. 1. Retract. cap. 13. lib. 22. de Ciuit. Dei. cap. 8. repetitis vicibus fatetur & confirmat. Si igitur tot tantiq; Patres ac Primates, SS. Sanctorũ Reliquias, augeſcente Religione, & Eccleſia paſ-

paſsim incrementũ ſumẽte, vt multæ Patriæ tãtorũ pignorũ fierẽt participes, piè & laudabiliter ante mille ducentos annos, vt nihil de poſterioribus translationib. dicã, trãſtulere: Si Deus iſtiuſmodi deuotas & religioſas trãſlationes, & translatas Reliquias non ſolum miraculis illuſtrare, ſed & ipſe non ſemel, vt fierent Reliquiarum translationes, ſanctiſsimis viris & maximis heroibus reuelare dignatus eſt: quænam iſthæc eſt Nouatorum, impudentia ne dicam an deteſtabilis inſania qui iſtiuſmodi aut diuino afflatu factas, aut porrò diuinis miraculis, & à ſanctiſsimis viris comprobatas celebratasq; Tranſlationes, neſcio quo non ſuperſtitionis aut idololatrię aut porrò ſtultitiæ crimine inceſſere & condemnare non verentur?

III. Sed quid multis in ſacrarum Reliquiarum pia translatione ab hęreticorum ineptis cauillationibus & indignis calumnijs vendicandis immoror? cùm ipſamet Sacra Scriptura, quam negare non audent, tametſi vellent, Sanctum Patriarcham Ioſeph, Patris ſui ſacrum Funus, Geneſ. 50, & totùm Iſrahel, Ducibus Moſe & Ioſue, oſſa dudum demortui Ioſephi trans Iordanem, vtiq; non ſine pia veneratione, tranſtuliſſe, Exod. 13. teſtetur?

Ob.3. contra Reliquias.

Nundinatores Reliquiarum, tantummodo lucri & quæſtus gratia Reliquias pompoſè circumuehere, & ſimplicium animos varijs ſuperſtitionibus inuoluere ſolebant.

Reſponſio.

Si quid ab iſtiuſmodi Reliquiarum Trāſlatoribus aut porrò circumlatoribus peccatum eſt, non Reliquijs ipſis, ſed qui illis impiè & aliorſum quam par eſt, ubuſi ſunt, & Epiſcopis, qui illas aut nō prohibuerunt, aut nō puniuerūt, imputetur. Iura, nōne hoc ſæculo multis modis aut corrumpuntur, aut in perniciem iuſtitiæ & innocentium, quos tueri debebant, ab impijs & quæſtuoſis Iudicibus inuertuntur? vt modò dicere aut queri potius & exclamare liceat; Summum Ius, ſumma iniuria? Et tamen nemo tam iniuſtus eſt, ſi modo fungus & ſtupidus non ſit, qui iuris & iuſtitiæ abuſum, Iuribus, & non potius impijs imputet & deprauatis Iudicibus. Cur igitur, quod prophani quidam lurcones delinquunt, ſacratis Reliquijs intentabitur? Reliquias oſtentare, atque ideo circumferre etiam, ad excitandam Populi fidelis deuotionem, & colligendas pias eleemoſynas, in ſubſidium Pauperum, aut alios diuinos & laudabiles vſus, quas fideles deuo-

tio-

tionis & gratiarum actionis ergò refundunt; per ſe malum, multo minùs ſuperſtitioſum non eſt. Qui illas collectas in proprium luxũ conuertunt, & fœdè abliguriunt, abigantur quo digni, plectantur ſicuti demeriti ſunt: Reliquijs interim ſuus maneat ſaluus honor, ſalua veneratio & digna æſtimatio: nec propter abuſum, pius vſus profligetur. Interim tamen non laudamus eos, qui ita temerè, etiam certas Reliquias, de loco in locum, non ſolùm ſine debita pietate & reuerentia, verùm etiam abſque requæſita Epiſcopi & Superiorum iuſta licentia, tranſuehunt: ſiquidem Eccleſia iam olim ante ſeptingentos Annos in Concilio Moguntiaco, Canone 51. hunc in modum, non minus grauiter & ſeriò, quam neceſſariò, ad coërcendas iſtiuſmodi Circumforaneorum euagationes, & alia quoque cauenda incommoda, decreuit: Deinceps verò, inquit, Corpora Sanctorum(ſub his & oſſa & cineres & quaslibet Reliquias intelligere licet) de loco ad locum nemo præſumat transferre, ſine conſilio Principis vel Epiſcopi, & ſanctæ Synodi licentia.

4.Ob.contra S.Reliquias.

Multi incertas Reliquias aut ſæpè latronis cuiuſdam aut aſini oſſa pro Sāctorum Reliquijs venditant, vt ſimplices pecunia emungant, & luxui indulgeant ſuo.

Reſponſio.

Fieri hoc poſſe, & factum etiam fortaſsis eſſe, non imus inficias: quid enim eſt tam piū tamq; ſacrum, quo impij & prophani pro lucro ſuo, ad maximum interim animæ detrimentum & Eccleſię ſcandalum abuti nō poſſint vel auſint? Certè Eccleſia nullas vult pro veris agnoſci, multo minus vēditari & oſtentari, Reliquias, niſi ab ipſamet Eccleſia, aut Metropolitano, eſſe germanas, per legitima argumenta, puta, manifeſta & certa miracula, & ſimilia teſtimonia ſanctitatis, deprehendantur & decernantur. Vti ex Concilijs Niceno, Moguntino & Tridētino etiam eſt manifeſtum. Qui igitur contra hoc ſaluberrimum Eccleſiæ ſtatutum, vel facto vel conſenſu venire auſi fuerint, multentur qua digni ſunt pœna: veris tamen & authenticis, vt falſæ ſuſpectæúe non præiudicent Reliquiæ.

Ob.5.contra ipſas Reliquias.

Multis in locis eadem planè numero iactitātur &

& oſtenduntur Reliquiæ: cum vero impoſſibile ſit rem eandem multis in locis ſimul eſſe, nonne hæc apertam ac manifeſtam ſapiunt fraudem, impoſturam, ſycophantiam?

Reſponſio.

I. Propter crebras & multipharias tranſlationes Reliquiarum pijs & aliquando etiã neceſſarijs ex cauſis factas, conſecutum eſt, vt etiamnum dicantur ibi quædam Reliquiæ eſſe; vbi olim fuere, & iam non ſunt: & etiã alibi eſſe aſſerantur, vbi primitus non erant, ſed nunc, illuc trãslatæ, reuera præſentes exiſtunt: ſicq; etiam effectum eſt, vt antiquiores hiſtoriographi illi loco, poſteriores vero huic, ob translationem nimirum, eaſdem Reliquias aſsignent.

II. Priſca pietas de Sanctis Reliquijs vbiuis aut ſaltem multis in locis vel minutiſsimas particulas habere ſtuduit, in memoriam Sanctorum, & tutelam ſui. Hinc factum, vt qui portiunculam Capitis vel alicuius membri Sanctorum adepti ſunt, totum caput aut membrum aut ipſummet corpus habere dicantur: & ſic in diuerſis locis eadem Sanctorum aut corpora, aut membra eſſe vulgô affirmentur, ſynecdochicôs, quia nimirum diuerſas partes eiuſdem corporis aut mẽbri, in diuerſis Patrijs ſeu Eccleſijs eſſe côtingat.

Atque illud ſicut abſurdum aut nouum non eſt, itaq; nec impoſsibile, multo minus à veritate alienum cenſeri debet aut poteſt.

III. Ad veſtes Chriſti, Deiparæ, aut Diuorum quod attinet: quæ etiam iure quodã ſuo, inter Sanctas Reliquias, à Patribus, exemplo Eliſæi, qui Eliæ pallium auidiſsimè deuotiſsimeque reſeruauit, & per illud miracula non ſolùm tentauit, ſed & patrauit quoque. 4. Reg. 2. recenſentur: certum eſt, cùm vnius & eiuſdem Sancti veſtes plures ac diuerſæ eſſe potuerint & fuerint, nihil cũ vero pugnare; ſi Tunica, aut Zona, &c. vnius & eiuſdem S. in diuerſis eſſe locis afferatur. Vt taceam & hic à parte denominari non rarò totum; & tunicam aut Zonam &c. habere dicantur, qui eius particulam ſolùm aut fruſtulum aliquod habent. Neque enim in quantitate, ſed in ſanctitate & virtute, Sanctorum Reliquias metiendas eſſe, duxere olim ſancti Dei homines.

6. Ob. contra S. Reliquias.

Tot partes diuerſæ diuerſis in locis de S. Cruce oſtentantur, vt etiam nauis oneraria illis vehendis ſufficere non queat: & ſi colligantur iuſtum inde ædificium confici poſſit: cùm tamen lignum S. Crucis mediocre, & nequaquam tantæ fuerit quantitatis: vnde conſtat hic dolos ſubeſſe & meras fallacias.

Reſponſio.

I. Vtique certum eſt fuiſſe ingens, craſsũ & immenſum lignum S. Crucis: de quo multæ minutæ particulæ, ſicut paſsim oſtentantur, decidi facilè & decerpi potuerũt, & porrò deſumptæ ſunt à Primæuis illis in pietate feruẽtibus, & potiſsimum Reliquiarum S. Crucis auaris Patribus: nec tamen etiamſi omnes illæ coniungantur conflenturq́; particulæ, tantam lignorum congeriem & immenſitatem efficient, quantam fictores illi, & irriſores prætendunt Sectarij.

II. Et ſi maximè omnes ſimul iunctæ S. Crucis particulæ diuerſis in Eccleſijs religiosè aſſeruatæ ipſum lignum, in quo precium noſtrum pependit, magnitudine exuperarent: non deberet tamen aut poſſet hoc videri abſurdum æquis æſtimatoribus, qui cogitare volunt, Deum non minus hoc lignum diuina virtute augmentare poſſe; vt licet inde multa fruſta deſumantur à pijs, tamen priſtinam retineat quantitatem & nihilo imminutum eſſe videatur, quàm Eliſæus ſeruus Dei oleum illud in gratiam obæratæ viduæ olim in vet. Teſtamento multiplicauit. 4. Reg. 4.

III. Nec verò poſsibile hoc ſolùm eſſe illi, qui omnia poteſt & facit propter electos,

ſed & factitatũ porrò reuera eſſe, vt ſic multarum Eccleſiarum gratificaretur pio deſiderio, & ſeruiret ſacris cõmodis, locuples, grauis, & fide dignus Teſtis eſt S. Paulinus Nolanus Epiſcopus, B. Auguſtino non coæuus ſolum ſed & ſummè famliaris amiciſsimusq́;, Sic enim, Epiſt. 11. ad Seuerum Sulpitium, (cum de S. Crucis Inuentione, in qua paſsio Domini colitur, deque eius ſemel in anno, tempore Paſchæ, per Epiſcopum ſolenni oſtenſione feciſſet mentionem,) inter alia ſcribit: Præter hunc diem (inquit) qua crucis myſterium agitur, ipſaque Sacramentorum cauſa eſt, non profertur (ſcilicet lignum S, Crucis) niſi interdum Religioſi quidam poſtulent, qui ea tantùm cauſa illuc peregrinati aduenerunt, vt ſibi eius reuelatio, quaſi in precium longinquæ Peregrinationis deferatur: quod ſolum Epiſcopi tantum beneficio obtinetur: ſicut & ligni huius (Nòta) portio, quamuis cùm quotidie inde ſumatur, nullum detrimentum patiatur; hâc vim vnionemque incorruptibilitatis à Corpore Chriſti nempe retinens.

Obiectio 7. contra S. Reliquias.

Nõne aut mera perditio, aut vana ſuperſtitio eſt oſſa cineresque Mortuorum auro include-

re

re, aut ſerico inuoluere? nunquid ſatius eſſet iſtos ſumptus egenis diſtribuere?

Reſponſio.

I. Perditio non eſt, nedũ ſuperſtitio, quod in honorem Dei Sanctorumúe eius, ex fide confertur: ſicut perditio non erat, quod trecentorum denariorum vnguentum in caput Chriſti profudit Magdalena, etiam ſine p̃cepto Dei, licet Iudæ p̃ditori perditio videretur; ſed bonũ opꝰ à Chriſto æſtimabatur, & ꝑpetua memoria & laude dignũ prædicabatur. Ioan. 12: Sicut etiam nec perditio nec ſuperſtitio, ſed pium officium & obſequium fidei cẽſetur, quod Nicodemus Corpus Chriſti emortuum vnà cũ Ioſepho, nõ ſolùm linteis p̃cioſiſsimis, ſed & ſumptuoſiſsimis aromatibus (nam attulit ad ſepulturam Chriſti miſturam myrrhæ & aloës quaſi libras centum) inuolutum illigatumq́ue etiam iniuſſus, ex ſola deuotione & amore quo in Chriſtum flagrabat, ſepeliuit. Ioan. 19. Porrò quicquid Sãctis, quia Sancti ſunt, præſtatur honoris, id totum Chriſto defertur: ſicut ipſemet teſtátur, Matt. 25. Quicquid vni, inq̃ens, feceritis ex meis minimis, mihi feciſtis.

II. Sanctorũ corpora mẽbra fuere Chriſti, & organa Spiritus ſancti, atq; adeo Templa ſacratiſſimæ Trinitatis; ſicut aurum in igne

tri-

tribulationis purgata & digna Deo inuenta: precioſiſsimis virtutum ſplendoribus exornata: & certiſsima feliciſsimaque immortalitatis ſtola tempore ſuo veſtienda: & quiſquã tam impius fuerit, qui ægrè ferat illa ipſa ſacra pignora, ſanctas inquã Reliquias ob Dei honorem & Sanctorum confratrũ noſtrorũ amorem, corruptibili auro aut ſerico ex pietate & fide religioſè exornare? Nec horum ſumptuum ergò quicquam pauperibus derogabitur: qui hac in Sanctos pietate flagrãt vtique in charitate & miſericordia Pauperùm non refrixere: ſed etiam in illos, multò plus, quam illi qui pauperum curam cum Iuda proditore ore tenus, & ſolum ſub prætextu gerunt, ſunt, fuerunt, & erunt liberales ac munifici. Qui mihi nolit credere, quotidianum euentum intueatur: & quid experientia teſtetùr animaduertat: comperiet ſanè hos pauperum prætextatos ſimulatosq; curatores, haud ſecus quam Iudas proditor, ſua potius compendia & prouentus, quam pauperum emolumenta, in ornatu Reliquiarum ſuſtollendo quærere. Et tunc pauperes erant, quando tanti ſumptus in Chriſtum tàm viuum, quàm mortuum à pijs illis fidelibus, ſine Dei præcepto profundebantur: & tamen nihilominus ipſorum pietas laudatur, quantumcunque vel Iudas proditor,

Iudæi hoſtes capitales imò trucidatores Chriſti, ringerentur. Impendantur prius in vſum pauperum, omnes iſti verè inutiles & nefarij ſumptus, qui in ſuperbiam plerunq;, luxum, aliáque vetita & carnis laſciuientis exercitia ſceleratè & damnabiliter profundũtur: elargiatur quilibet pro ſua facultate, de ſuo, vt par eſt, eleemoſynas: & ſi tunc adhuc quicquam defuerit, (quod ratò aut nunquam continget) ad pauperum neceſſariam ſuſtentationem, & alia via ſuccurri illis nequeat, tum demum, de illis quæ Deo & Diuis ſacrata ſunt, ad pauperum vſus ex conſenſu ordinariæ poteſtatis, non pro prurigine & inſania cuiuslibet helluonis & famelici depauperatique nepotuli, adhibendis piè prudenterque deliberetur, & quod vtilius fuerit, communi conſenſu, non priuati commodi gratia, decernatur ſtatuaturque. Sed pauperum commodis ſeſe ſtudere præ ſe ferunt hæretici, cùm reuera non niſi Diuorum Catholicorum honori inuideant, & ſuis tantum lucris & prouétibus, quos demolitione Reliquiarum expectant, ſacrilegè inhiare deprehendantur.

III. At enim nihil noui faciũt iſti, hæretici: fecit hoc olim ipſorũ quoq; proauus, impius ille & iuſtiſsimè damnatus Vigilantius. Ille quoque inter alia ſic contra Reliquias ſacras

ca-

earumq́; ornatum precioſum ſimili ex cauſa debachabatur: ſicut refert S. Hieronymus. part.1. Epiſt.10. contra eundem. Quid neceſſe eſt, obijciebat, tanto honore non ſolùm honorare, ſed etiam adorare illud neſcio quid, quod in modico vaſculo transferendo colis? Quid pulùerem linteamine circundatum adorando oſcularis? Et in conſequentibus propè ritum gẽtilium videmus ſub prætextu Religionis introductũ in Eccleſijs: ſole adhuc fulgente moles cæreorum accendi, & vbicunque puluiſculum neſcio quid in modico vaſculo precioſo linteamine circundatũ oſculantes adorant. Cui ibidem D.Hieronymus ſic reſpõdet: Dolet, inquit, Martyrũ Reliquias precioſo operiri velamine: & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proijci in ſterquilinium, vt ſolus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur, &c. Ergo oẽs Epiſcopi non ſolùm ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi ſunt, qui rẽ viliſsimã (ſicut cẽſebat Vigilantius) & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portauerũt? &c. Ex quibus manifeſtũ euadit iã olim ante tẽpora D. Hieronymi, videlicet ante annos penè 1200. ſacras Reliquias precioſis vaſis & operimentis includere, fuiſſe religioſiſsimę conſuetudinis: quã necquicq̃ ſordidus ille & luxurioſus Vigilantius ex diabolica inuidia inceſſere &

conuellere fuerit cōatus. Pudeat aūt moderdernos hagiomachos, tā impios & impuros ſectari helluones, ſpreta nō ſolū naturali ratione, ſed & ſacra Scriptura & totius primæuę Eccleſiæ auctoritate ſacroſancta, & cōſuetudine laudatiſsima, quā vel ſolā ſufficere contra cōtentioſos iudicauit S. Paulus. 1. Cor. 11.

SECVNDVS INSVLTVS HAGIOMACHORVM, CON-

tra peregrinationes ad Sanctas Diuorum Reliquias; & religioſum earundem cultum.

I. Ob. contra Peregrinationes ad S. Reliquias.

Peregrinari ad Sanctorū Reliquias, eſt inutilis cultus: de quo Chriſtus Matth. 15. ſic ait: Fruſtra me colunt docentes doctrinas & mandata hominū: Nam nullibi Deus præcepit ad Mortuorum Memorias aut Reliquias peregrinari.

Reſponſio.

Non ſtatim eſt inutilis cultus, quem Deus expreſsè non præcepit. Nam Deus laudat & remunerat etiam Rechabitas, quod ex ſolius Patris mādato abſtinerēt à Vino, quod tamē Deus pſtitit omnib. ad fruendū. Ier. 35. Laudatur Dauid quod Arcam Dei cū ſumma & pōpoſiſsima imò etiā ſūptuoſiſsima ſolēnita

te & proceſsione in vrbem deduxit, ſine tamen vllo expreſſo Dei mandato. 2. Reg. 8. Commendatur etiam quod totum Dei cultum in Templo ampliauerit exornaueritque Cantoribus, qui ſecundum ritum cuiuſlibet diei certos pſalmos cantarent, 2. Reg. 16. & 1. Paral. 23. Syrach. 47. Nec tamen hoc vſpiam Deus demandauerat. In nouo Teſtamento vnxit Chriſtum Maria Magdalena non ſemel, vnguento precioſiſsimo: rigauit ipſius pedes lachrymis, oſculata eſt, exterſit capillis, nullum habens Chriſti mandatum: & commendauit eam nihilominus tanquam de bono opere & pio cultu Saluator: defenditq; tam contra faſtuoſum Phariſæum, Luce 7. quàm contra ſacrilegum & impium illum furem, proditorem & apoſtatam Iudam Iſcariothem. Ioan. 12. Chriſtus mandauerat ſuis Apoſtolis ſolùm ſoluere aſinam & pullum ſubiugalem, atque ad ſe perducere: & tamen Apoſtoli etiam iniuſsi ſuper aſinam pullumque veſtes præterea ſuas poſuerunt, & Chriſtum deſuper ſedere fecerunt: vtique rem gratam & cultum acceptum & meritorium Chriſto præſtantes: alioquin enim nec admiſiſſet Chriſtus, nec tanquam opus pium Euangelio inſeri feciſſet Spiritus Sanctus. Matth. 20. Luce 19. Marci 11. Et ibidem quoque tanquam piam deuotionem commemorant

rant

rant Euangeliſtæ Sancti, quod de turba quæ Chriſtum comitabatur, multi propria veſtimenta, alij vero ramos de arboribus deciſos ſtrauerint in via, in honorem & obſequium atque adeo triumphum Chriſti: Vbi vero hoc illis præceperat Chriſtus? Vt nihil dicã, piũ illum Ioſephum, ſine Dei mandato, Corpus Chriſti abs Pilato impetratum, de cruce depoſuiſſe, & accedente Nicodemo & ferente ſecum mixturæ myrræ & aloës libras circiter centum, etiam citra præceptum Dei, in monumento ſuo nouo, ex integro lapide exciſo, honorificentiſsimè pientiſsimeque collocaſſe. Ioan. 19.

Falſum eſt igitur, purum itidem & putidum hæreticorum mendacium, inutilem eſſe ſemper cultum, quem Deus expreſsè non demandauerit. Falſum eſt quoque & ſacrilega Diuini verbi adulteratio, Chriſtum omnem cultum ab Eccleſia aut pijs hominibus ex fide, ſine ſingulari & ſpeciali atque adeo expreſſo ſcriptoque Dei mandato, præſtitũ, etiamſi nullibi inhibitus ſit, apud Matth. c. 15. perſtringere. Videatur locus cum ſuis, vt ſemper fieri par eſt, circumſtantijs; & liquidò deprehendetur, Chriſtum illos tantum cultus fruſtraneos iudicare & acriter etiam inceſſere, qui vel expreſsè contra Dei verbum pugnant: vt erat ille, quo Parentes ne-

gligebantur:aut porrò nihil ad pietatem cõferunt,ſed ridiculi planè ſunt & merè ſuperſtitioſi: ſicut ille de frequenter lauandis manibus & calicibus: quaſi alias eorum contactus & vſus etiam hominis animam contaminaret.

Enimuerò tametſi Deus nõ expreſsè mandauerit ad Sanctorũ memorias & ſepulchra Reliquiasq; peregrinari religionis aut ſanitatis ergo:tamen ſatis nos ad illas inuitat atq; extimulat atq; adeo extrudit etiam, quando apud eas miracula & virtutes tam ſtupẽdas, & ſanitates planè ſupernaturales operatur. Nec opus eſt ægroto pręcipere ad vt medicum pergat:ſatis eſt illi Medicum oſtendere, eiuſq; illi copiam facere. De hac re vide quoq; ſuprà,q.11.

2. Ob. contra Peregrinationes & cultum Reliquiarum.

Præſtat domum, liberos, & familiam curare, quam Peregrinationes longinquas & diutinas ſubire.

Reſponſio.

Qui aut corporis ſanitatem,aut animę medelam & benedictionem apud Sanctorũ Reliquias, vbi certum eſt illas diuinitus diſtribui, piè quærit, multo minus negligit domũ aut familiam, quam ille qui incerti lucelli gratia,ſæpe longiores & diuturniores peregri-

grinationes emetitur, ac, per mare, per ſyluas, perque horrida ſaxa, per ignes, impiger extremos etiam diſcurrit ad Indos. Proficiſcimur non rarò per multa etiam miliaria, ob mortalis cuiuſdam amici gratiam, ſiue nuptiæ celebrentur, ſiue dedicatio, ſiue alia quæpiam euidens cauſa inuitet: imò nonnunquam noua quædam videndi gratia, vltrò excurrimus diem atque alterum: abſumus ædibus noſtris tempore longiore, quam ſacris peregrinationibus plerunque impendimus: & tamen nemo reprehendit, nemo in calumniam rapit. Quæ eſt igitur iſta inſania, illos, quaſi domeſticam curam negligant, in ius vocare, qui ex deuotione in Dei Diuorumque honorem & gratiam: vt nihil de conſequenda ſperandaq́; ſanitate, & alijs animæ certiſsimis maximiſq́; lucris commemorem: tantundem vel temporis vel itineris in Sanctis Reliquijs inuiſendis inſumunt. Nunquid non par eſt, plus aliquid in DEI honorem & animæ lucrum impendere vel temporis, vel laboris, quàm in gratiam mortalis cuiuſdam & temporanei vel amici vel commodi? Vbi præcepit Deus nuptiarum aut ſimilium cauſarum gratia, tanta itinera conficere: tamdiu domo & domeſticis abeſſe ſuis, idque in honorem aut obſequium amici-

tiæ? aut ſi hoc ex generalibus ſcripturæ ſen-tentijs colligi poſsit, vt certè aliqualiter po-teſt: quis neſcit & Scripturam apertè cultum Dei, Sanctorumq; eius, nobis commendare & tantum non mandare etiam?

3. Ob. contra Peregrin. & cultum Reliquiarum.

Præſtaret ſumptus quos in Peregrinationibus profundimus, in Pauperes elocari.

Reſponſio.

Quanto ſatius eſſet ſumptus illos effuſiſsimos, quos in nuptiarum redemptione aut cohoneſtatione & ſimilibus amicorum obſequijs, licitè aut porrò impunè non ſine grauiſsimis ſæpè luxuriæ, gulæ & ſuperbiæ peccatis, videmus & admittimus profundi, in ſubſidium egenorum conuerti? Non opus eſt, qui piè & deuotè peregrinationes exſoluit, magnas expenſas facere. Natura paucis eſt contenta. Et Peregrinationes ſacræ ſemper amant frugalitatem & ſobrietatē. Quid vetat igitur cum diſpendio exigui æris, per Religioſas pereginationes vel corporis ſanitatem, vt fit frequenter, aut porrò animæ benedictionē & refectionem, vt fit ſemper, ſi fideliter accedamus, comparare atque adeo Dei & Diuorum nobis fauorem conciliare? Pij peregrinatores pauperes nunquam ne-

negligent, imò plus ſemper curare aſſolent, quam deſides illi & profani Sanctorum obtrectatores.

4. Ob. contra Peregrin. & cultum Reliquiarum.

Multi ſunt abuſus peregrinationum: ſub prætextu ſiquidem religionis, in itinere plerique plus voluptati & luxuriæ, quam pietati nauant operam.

Reſponſio.

Non poteſt negari, ſub nomine pietatis magnos & permultos ſæpe irrepere exercerique abuſus. Sed quid hoc ad ipſas peregrinationes ſacras, per ſe vt legitimas ita & ſumma cum pietate coniunctas? Quid tam ſacrum ſub cælo, quo non abuti queant, atq; adeo abutantur impij & malè feriati quidam nefaſtiq; homunciones? Nunquid ideo omnia, propter abuſum nempe quorũdam, vel calumnianda, vel porrò è medio tollenda venient? Et quid porrò ſic, non dico ſub cœlo, ſed in cœlo intactum & inuiolatúmve: nam & Dei bonitate & miſericordia quã maxime abuti magnã parẽ mortaliũ videmus: permanebit? Tollenda erunt VV. Sacramenta: tollenda omnia diuina myſteria: tollendum ipſum Dei verbum: tollendus erit ipſemet demùm Deus & Saluator noſter Ieſus Chri-

ſtus: vt nihil de creatis creaturiſque dicam cæteris. Sed faceſſant veſani iſti impudenteſque criminatores; qui rem ſacram, piam & bonam, propter abuſum ſublatam volunt. Vſus ſeruetur, certus tollatur abuſus. Qualem peregrinationem Eccleſia requirat & commendet: quantopere verò illa impiè & luxurioſè abutentes deteſtetur, in ſuperioribus, maximè q. 15. & 16. luculenter ſatis & apertè audiuimus.

5. Ob. contra Pereg. & cultum Reliquiarum.

Multi fidunt iſtiuſmodi peregrinationibus, & ſuperſtitioſè abutuntur, ſummam pietatis in illis collocantes: quaſi per illas & ſolas quidem, remiſſionem peccatorum & ſalutem quoq; æternam mereantur.

Reſponſio.

Peregrinari ad loca ſancta ex fide & deuota intentione, ob talem fidem & deuotionem inter opera bona iure recenſetur: Operibus bonis hactenus fidere licet, quatenus teſtantur ſpiritui noſtro, nos eſſe filios & in gratia Dei: quatenus quoque certam noſtrá efficiunt vocationem; & abundanter nobis (ſicut D. Petrus loquitur, 2. Pet. 1. nihil moratus ſcilicet nouos & renatos noſtros Simoniſtas) introitum in regnum Dei miniſtrant:

qua-

quatenus denique liberalem & certiſsimam habent á Deo repromiſsionem vberrimæ co pioſiſsimæque mercedis. Nec meremur primariò & propriè per opera bona aut remiſſionem peccatorum, aut æternam ſalutem: hæc enim Chriſtus nobis ſolus & primus ſuo ſanguine promeruit: ſed tamen ſine fide & fidei fructibus, pietate inquam & bonis operibus illa quæ meruit Chriſtus non conſequimur. Fidere igitur ſuo modo & ſobriè licet peregrinationibus ex fide ob Chriſtum inſti tutis, & cum voluntaria afflictione & moleſtia corporis exâtlatis: nec dubitandum multum illas valere ad Dei gratiam & fauorem, & proinde etiam ad remiſsionem peccatorum & promotionem ſalutis in Chriſti merito impetrandam conſequendamq́;. Si porrò ex imperitioribus aut ſolis, aut nimium fidant peregrinationibus, corrigendi illi ſunt, non probandi, nequaquam imitandi.

Ob. 6. contra Pereg. & cultum Reliquiarum.

Qui peregrinantur ad Sanctorum Reliquias, aut Memorias, committunt multas & nefarias impietates: non honorant tantùm, ſed & inuocant Mortuos: cum ſcriptura Sancta iubeat ſolum Deum honorare, & pro auxilio inuocare.

Reſponſio.

Sancti cum Chriſto in Cœlo regnantes, mortui non ſunt, ſed verè & feliciſsimè viuunt, etiamſi mundo & quo ad corpus, naturaliter mortui ſint. Non enim mortuorum, ſed viuorum Deus eſt, ſicut Chriſtus ipſemet argumentatur, Matth. 22. Porrò Sanctos cœleſtes Eccleſiæ more, hoc eſt, vt ſanctos, propter Deum, honorare, impium nedum idololatrium non eſt, ſed Scripturæ diuinæ conſonum; imò in ſcriptura ſacra laudatum atque adeo præceptum etiam. ſicuti nos alibi, Tractatu 1. de Veneratione Sanctorum, quæſt. maximè, 5. 6. 7. demonſtrauimus. Inuocare quoque Sanctos ea ratione qua Catholici eos inuocant, & inuocandos docent, nihil etiam pugnat cum honore aut officio Chriſti. Chriſtum ſiquidem inuocamus, vt Deum, non vt oret pro nobis, ſed vt conferat & propria ex virtute largiatur quod poſtulamus. Sanctos verò non vt Deos, abſit: ſed vt Dei amicos coniunctiſsimos, intimos & perpetuos, inuocamus, non vt ipſi nobis quicquam vel præter Deum, vel tanquam dij eſſent largiantur, nequaquam: ſed vt orent pro nobis, & nobiſcum Deum per CHRISTVM & ſuis ſanctiſsimis efficaciſsimisque precibus apud Deum in Chriſti me-

riis impetrent,aut impetrando miniſterialiter & tanquam cauſæ ſecundariæ nobis cōferant,quod deſideramus. Si tali pacto Sanctos in Cœlo regnantes, Deum continuè cōtemplantes, & in ipſo tanquam in ſpeculo noſtras preces cognoſcentes, frates noſtros, pro noſtra ſalute impensè ſolicitos & perfecta erga nos charitate feruentes, inuocare, idolomaniam ſapit; multò magis ipſiſsima idololatria cenſenda venit, inuocatio illa, qua adhuc viuos quidem in mundo, ſed mortales, ſed peccatores, ſed ſuæ ſalutis non planè certos Sanctos, hoc eſt Chriſtianos, fratres noſtros, ſimili pacto eademq; cum intentione imploramus. Sed homines mortales quátumlibet ſancti ſæpenumero non ſint, aut eſſe nobis non conſtet, licet ſic inuocare: quia Sanctus Paulus, (acerrimus alioqui honoris diuini Zelator, & officij Mediatoris Chriſti per mortem & ſanguinem atque adeo per propria merita, Zeloſiſsimus propuguator) hoc pacto eos inuocauit, & ſuo exemplo, etiam citra ſpecialem aut iuſsionem aut promiſsionem Dei, inuocandos docuit, & piè inuocari poſſe demōſtrauit. Rom.16.2.Cor. 1.Eph.6.Heb.13.

Ergo nec Sanctos illos, veros, perfectos, immortales, beatos, Deo acceptiſsimos & ab ipſo honoratiſsimos, ſuæ ſecuros, noſtræ

verò ſalutis longè ſtudioſiſsimos: vt pro nobis & nobiſcum apud Deum per Chriſtum intercedant, & in Chriſti nomine orent, Eccleſiæ more in Eccleſia inuocare, vllo modo in reprehenſionem vocari poterit ab ijs qui ſani cerebri & Chriſtianæ mentis, atq; adeo veritatis amantes videri volent. Si porrò Sanctos præſatis modis tam mortales quam immortales, & hos quidem maximè multoque fidentius, quò conſtat eos Deo eſſe chariores, & in amore noſtri ardentiores ab omnibus & vbique inuocare fas eſt; ſicuti iam vtcunque paucis conuicimus, & breui proprio Tractatu, quem in manibus verſamus, Deo dante, ex profeſſo demonſtrabimus latius: cur amabo illud apud Sanctorum Reliquias ſacraſúe Memorias, & quidem ſingulariter ſtudioſiuſque, vbi per eorum pignora ipſos quaſi præſentes contemplamur, pijs facere non liceat? An quod vbiq;, quod ſemper, quod omnibus conceſſum eſt fidelibus Peregrinis apud Sanctorum Memorias, Reliquias, & ſepulchra, vbi ipſorum & merita & interceſsiones potiſsimum & efficaciſsimè elucent, fas non erit?

Ob. 7. contra Pereg. & cultum Reliquiarum.

Imò non tantum Sanctos inuocant Peregrinatores

tores Papiſtici, pro auxilio & ſanitate: ſed & cuilibet Sancto certas curationum ſpecies atq; adeo leges aſſignant: quaſi Deus omnem curam humanæ ſalutis Sanctis commiſerit.

Reſponſio.

Sanctos pro auxilio & ſanitatis beneficio inuocare, eo quo diximus modo, non vt conferant ex ſeſe, ſed vt impetrent à Deo; & ſuis precibus aut etiam miniſterijs quaſi largiantur nobis, nec nouum: quia ſemper in Eccleſia etiam primæua vſitatiſsimi laudatiſsimique moris fuit, ſicut q.14. & 15. ſatis ex SS. Patribus teſtatum fecimus: nec impium eſt, quia ſententiæ & exemplis S. ſcripturæ nihil repugnat, ſed planè conſonat, quemadmodum vtcunq; præcedente reſponſione oſtendimus, & breui, firmiſsimis demõſtrationibus, volente Deo, in Tractatu de Inuocatione Sãctorum, clarũ probatũq; efficiemus.

Porrò nos certis Sanctis certa non tribuimus ex noſtro cerebro nedum præſcribimus curationũ & ſanitatis genera, ſicut impiè nobis affingunt hagiomachi, ſed Deus ipſe: qui per Sanctos ſuos, ſicut in hac vita, ita & poſt huius vitæ vſuram cum cœleſti permutatam, quomodo, vbi & quando vult operatur, certas edit curationes apud quorundam Sanctorum Reliquias, quas eaſdem

alibi non exercet,cum tamen poſſet ſi vellet & vellet niſi aliter ad ſuam ſuorumque Amicorum gloriam,& noſtram inſtructionem ſalutemque conferre expedireque iudicaret. Cùm igitur Deus pro ſuo beneplacito, cui nemo obgannire nedum reſiſtere aut debet aut poteſt, per quoſdam Sanctos iſta, per alios vero alia edat, teſtè experiētia, ſanitatis ſpecimina: quæ eſt illa veſania, fideles, qui iſtiuſmodi beneficiorum cum fide & gratiarum actione compotes vt fiant, loca illa, vbi vident Deum talia veraciter non minus quā mirabiliter benigniterque operari, deuote viſitant, in ius vocare, & neſcio cuius aut impietatis aut ſuperſtitionis dicam ſcribere?

Nec Deus ſuum quod eſt officium, Sanctis ſic commiſit, quaſi aut lædeat ipſum aut pigeat noſtram ſalutem curare, ſed ſicut alia pleraque omnia, per Sanctos ſuos tanquam organa ſua & miniſtros, ſuam in nos declarat diſpertitque benignitatem & curam paternam exequitur: non quod illis egeat, ſed quia ſic nobis & huius vitæ ſtatui expediat. Vide hac de re latius ſuprà quæſt. 10.

Ob.8. contra Peregrin. & cultum Reliquiarum.

Scriptura teſtatur Deum eſſe vbiq; præſentem & æquè potentem, & in omni loco eſſe in ſpiritu

ritu & veritate inuocandum: Qui verò ad certas Sanctorum vel Reliquias vel Memorias ob certa beneficia conſequenda proficiſcuntur; hoc videntur ipſo facto negare, & Deum certis locis alligare.

Reſponſio.

Si Deus vbique eſt, vt negari nec poteſt nec debet, æquè præſens, æquè potens, ergo & apud Sanctorum quoq; Reliquias & præſens & potens eſſe credendus eſt vtiq;. Ergo & ibidem, qui vbique inuocari debet, inuocari quoque ſine crimine à pijs fidelibus poteſt. Ibi vero quod ſingulariter per Peregrinantes, adhibitis Diuis ad comprecatores, inuocatur, & quidem pro certis quibuſdam omnipotentiæ ſuæ effectis, & paternæ curæ beneficijs, non hac ex cauſa fit, quod Deus vbique aut exaudire aut iuuare non poſsit: ſed quod in certis locis quædam, certas & iuſtas ob cauſas, operatur exaudiens, quæ alibi nec vult nec ſolet operari. Vide etiam quæſt. 9. & 10. Conſule quoq; D. Auguſt. Epiſt. 137. citatum quæſt. 14.

Obiectio 9. contra Peregri. & cultum Reliquiarum.

Multi putant ſe damnatum iri, ſi peregrinationes quas Sanctis temerè vouerunt, quàm pri-

primum exactiſſiméque non perſoluant: nihil alia quæ Deo vouerunt, violare curantes.

Reſponſio.

Sanctis propriè & primario non vouemus, ſed Do in honorem & memoriam Sanctorum. Iſtiuſmodi vota cùm licita ſint, poſtquam emiſſa ſunt, ſeruari vtique debent, nec ſine grandi crimine negligi poſſunt: teſtè ſacra Scriptura, garriant & obganniant quicquid volent illuſores & prophanatores pietatis hagiomachi. Si qui illa vota, quæ per ſe nondum emiſſa, libera ſunt, plus curat & pluris facit diligentiuſque perſoluit, quam vota baptiſmi, & quæ ex præſcripto vocationis ſuæ & Chriſtianæ fidei præſtare ante omnia tenetur: non hoc votis peregrinationum licitarum & piarum, ſed infirmitati aut pôtius corruptæ menti hominum, aliàs etiã ſalutis ſuæ negligentium, aſſcribendum venit. Etiam multi qui nullam vouent peregrinationem, nihilominus vota baptiſmi & vocationis ſuæ, & ſæpenumero etiam multo liberius negligunt. Etenim qui in Deum Diuoſque in perſoluendis votis ſuis ad peregrinationem ſpectantibus pij & religioſi ſunt ex animo: multo ſeſe in alijs Chri-

ſtia-

ſtianis obſequijs & fidei pijs exercitijs plerunque prętant diligentiores, quam qui eos temerè iudicant & indignè inceſſunt cũ ſuis ſectarijs hagiomachi. Hæc facienda ſunt, alia verò non obmittenda. Matth. 23. Conſule q. 12. & 13.

Obiectio 10. contra Pereg. & cultum Reliquiarum.

Sicut plerumque ſolos Sanctos precantur pro ſanitate, ita & ſolis Sanctis gratias agunt, & gratitudinis donaria perſoluunt, prateri to neglectoq; Deo.

Reſponſio.

Quomodo Sanctos inuocemus, paulo ante diximus. Verè & pij fideles, ſicut probè norunt Deum per Sanctos operari ſigna & prodigia omnia, ita & Deo finaliter omnia aſſecuta beneficia accepta ferunt, ad honorem & gratiarum etiam actionem Diuorum, per quorum miniſterium ipſius experti ſumus benignitatem. Donaria quæ offerunt, Deo offerunt in laudem Diuorum, per quos DEVS tanquam ſibi chariſsimos nobis ſua dona præſtantiſsima diſtribuit: & iſtiuſmodi donaria non ſolùm volunt eſſe perpetua monumenta, di-

diuinæ miſericordiæ per Sanctos exercitæ: ſed & ſuæ erga Deum Sáctosq; Amicos Dei ſummos gratitudinis, confeſsionis, & deuotionis amorisque euidentiſsima teſtimonia omnibus mortalibus ac toti poſteritati extare percupiunt. Quàm hoc ſit vetuſtum & iá olim ante mille ducentos annos in Eccleſia piorum frequentiſsimum, vide Theodoretũ lib. 8. Græcarum affectionum, citatum ſupra q. 14. Centuria 4. Vide & D. Chryſoſt. hom. 66. ad pop. Antioch. & Prudentium, q. 15.

Et quid multis opus eſt? Deus Opt. Max. omnipotens, miſericors, & ſapientia ſumma qui diſponit omnia prudenter, ordine, ſuauiterq́;, per euidentiſsima clariſsimaq; miracula, quæ iam ab initio Eccleſiæ apud Sanctorum Reliquias ſacras operatus eſt & etiamnum, licet ob noſtram aut infidelitatem, aut indignitatem rarius, operatur veraciter & mirabiliter, auctor fuit Peregrinationum ad SS. Reliquias, & eas hoc pacto & probauit & confirmauit & adhuc tuetur ac defendit contra quoſcunque criminatores euidentiſsimè: vt nihil opus ſit hagiomachorum obiecta, quæ ex conſideratione tantorum miraculorum, ſponte euaneſcunt & in ſuos ſumos reſoluuntur, pluribus confutare.

INSVLTVS TERTIVS HAGIOMACHORVM, AD-*uerſus SS. Reliquiarum Miracula.*

Obiectio I. contra Miracula Reliquiarum.

Falſa ſunt illa Miracula, quæ apud & per Reliquias Sanctorum fieri dicuntur, quia compertum eſt lucri gratia multos Monachos adhuc noſtro ſæculo apud Imagines & Reliquias Mortuorum multa confinxiſſe miracula, vt ſic homines ſimpliciores ad concurſum frequentem, & oblationes largas inuitarent.

Reſponſio.

I. Quid hoc ad omnes ſacras Reliquias & vera miracula earundem, etiamſi quoſdam impios homines, ſiue monachi illi fuerint ſiue quicunque alij, quicquam apud quaſdam vel veras, vel falſas Reliquias lucelli & emolumenti gratia ſceleratè & nefariè cõfinxiſſe conſtaret? Ideone omnia bona & publicè facta opera fidelium, falſa erunt aut ſimulata, quia compertum eſt à quibuſdam hypocritis ſimulato animo nõnulla imò plerũq; omnia fieri? Si quæ iſtiuſmodi impoſtura & ſacrilega fraus deprehenſa ſit aut deprehen-

datur porrò, illis ipſis imputetur culpa, & iuſta intentetur animaduerſio, nō inſontibus, non toti Eccleſiæ.

2. Eſto hoc corrupto ſæculo, impietate quorundam corruptorum & profligatæ conſcientiæ hominum, quales nouum iſtud & nuper partum Euangelium multos gignit, quædam iactentur miracula, (quod an reuera factum ſit neſcio, nec hæreticis illud hoſtili animo teſtantibus temerè credo) quæ falſa & adulterina eſſe conſtaret: quid hoc ad prima & puriora illa ſæcula? nonne ideo quoq; illa omnia miracula quæ D. Auguſtinus cùm alibi tùm maximè lib. 22. de Ciuitate Dei ca. 8. recenſet & ipſius ætate, ipſomet teſte oculato, & etiam ante & poſt ipſius ſæculum reuera facta eſſe teſtes ſanctiſsimi & irrefragrabiles commemorant, quorum pleroſque nos ſupra quæſt. 14. & 15. produximus, ſimili cōmento falſitatis aſpergine fœdabunt, ſuaque auctoritate & veritate deſtituta in dubium vocabunt? Non faciēt, ſat ſcio, niſi planè cauteriatam & proſtitutam habeant conſcientiam: aut ſi maximè fecerint, nihil apud pios, qui tot tantoſque iam olim piè defunctos, & iamdum etiam non ſanctitate ſolùm ac doctrina, verùm etiam miraculis reſplendentes, Teſtes maioris facient, quam vt temerarios iſtos criminatores audiendos putent: imò

imò nihil aliud lucri reportabunt, quàm vt ex iſtis apertis mendacijs, quæ in vera illa miracula priſca, & priſcorum de illis oculata teſtimonia impudenter congerunt, omnem fidem in alijs omnibus quiritationibus amittant, & non niſi mendacij ſpiritu agitari, tàm in doctrinis quas ſub Titulo Euangelij comminiſcuntur, quàm in criminationibus quibus antiquam, & Catholicam Religionem indeſinenter vellicant, manifeſtè deprehendantur conuincanturque.

Obiectio. 2. contra Miracula Reliquiarum.

Falſa ſunt illa miracula, & homines reuera non ſanantur, ſed ſolùm ſpecie tenus ſanari videntur, qui in hoc conducti ſunt à Papiſtis vt ſeſe hoc illoúe morbo laborare, & poſtea quam ad SS. Reliquias venerint, ab iſtis liberari, ſimplicioribus perſuadeant.

Reſponſio.

Poſſet hæc calumnia hagiomachorum quicquam excogitari impudentius & magis cum veritate & omni probabilitate repugnans? Non te iam relego ad priſca illa & SS. Patrum teſtimonio approbata quę planè negari nō poſsūt miracula Chriſtiane lector:

ſed ſolum noſtri & ſuperioris æui miracula vt conſideres,& vel teipſum, vel eos qui experti & etiamnum in viuis ſunt conſulere, atque adeo ipſammet experientiam palpabilem attendere præſenti animo non dedigneris etiam atque etiam rogo: deprehendes proculdubio inexpiabili atque etiam inexcuſabili iſtos criminatores mentiendi & calumniandi libidine teneri. Quomodo enim tot ac tanta tamque difficilia morborũ genera,quæ apud SS.Reliquias curantur, & potiſsimum obſeſsio dæmonis effingi facilè poſſet; vt non deprehendatur fraus, à tam multis & diuerſis peregrinis, quos illi, qui SS.Reliquijs præſunt,aut nunquam plerunque nouerunt,aut vel de facie viderunt? Cõpello conſcientiam non illorum duntaxat, qui ſe reuera infirmatos, veraciter quoque, fruſtra prius medicorum artificio adhibito, apud Sanctorum memorias ſanitati reſtitutos velint nolint teſtari coguntur: ſed etiam ipſorummet Sectariorum, & nihil dubito, quam craſſum & impium hoc ſit hagiomachorum mendacium,omnium calculo & conſcientiæ teſtimonio manifeſtum euadere. Quid ipſimet finxerint Nouatores iſti in edendis miraculis, quorum elogio ſe miſerè deſtitui (cum tamen ſi eſſent collapſæ vt aiunt Religionis veri inſtauratores & reforma-

ma-

matores,illorum gratia præpollere , ſuamq́; nouam doctrinam vna cum vocatione com miſsioneque diuina,quam iactant,certam & confirmatam reddere tenerentur) non ſine maximo pudore & dolore vident : & quomodo cum quibuſdam quidam ex ipſis com poſuerint, vt ſe mortuos, poſtea autem ad vocem & inclamationem Euangelici concionatoris,finito ſermone laudatorio noui Euangelij,reſuſcitari à morte ſimularent: quos tamen iuſto Dei iudicio reuera ſubitanea morte in loculis percuſſos, fruſtra poſtea ab inferis reuocare conati fuere: vt ſimilia præteream : non pauci fide digni & excellentes viri propalam teſtantur , nec ipſorum conſcientia quicquid lingua aut ſcriptis garriát, diffiteri poterit, aut incuſare ipſos architectos vel hic vel in altera vita vnquam deſinet. Ex ſuo igitur ingenio Eccleſiam iudicant iſti. Similia olim obijciebant Arriani S. Ambroſio contra miracula SS. Prothaſij & Geruaſij : vt videas hos catulos à ſuis illis progenitoribus in mordendis & calumniandis Diuorum miraculis,quibus Catholica fides mirum in modum euidentiſsimè confirmatur,nihil degeneraſſe. Quid vero D. Ambroſius tunc illis reſponderit q. 15. ſuperius auditum fuit, dignum certò quod lector hic relegere non grauetur.

Obiectio 3. contra Miracula Reliquiarum.

Fàlſa ſunt miracula Reliquiarum: quia iam elu cẽte Euangelio euaneſcunt, & planè deſinunt fieri: nec tales morbi Sanctorum, vt vocant, ita vt olim ſub Papatu, graſſari videmus.

Reſponſio.

1. Non Chriſti germanum Euangelium, (quod cum S. Eccleſia inſtar ciuitatis ſuper montem poſitæ, & lucernæ ſuper candelabrum collocatæ, Chriſto eiuſq; Spiritu Eccleſiam ſuam ſemper ſua præſentia & gratia regente & dirigente in omnem veritatem, obſcurari vbiuis haudquaquam potuit aut poterit vſq; ad finem mundi vnquam) ſed diaboli pſeudoeuangelium, non per Apoſtolos & apoſtolicos viros, diuinitus miſſos miraculis & pietate claros, ſed per Apoſtatas periuros, profugos, vltrò nõ miſſos prorumpentes in vineam domini, nullis nec miraculis nec ſolidæ pietatis inſignijs, ſed maledicentia, ſeditione, rapinis, faſtu, & quidlibet audendi carnali libertate & procacitate conſpicuos, vltimis iſtis & periculoſis temporibus, (quibus Chriſtus, non veros & diuinos doctores, qui, ſicubi quid collapſum fuerit, reformaturi & reſtituturi forent; ſed falſos & pſeu-

pſeudoprophetas multos, qui multos ſeducent, venturos comminatus eſt & prædixit, Matth. 24.) ex olim damnatis hæreticorum ſopitisque cineribus atq; adeo ex tenebroſis inferni ſinibus in medium contra lucem Catholicæ veritatis, diaboli inſtinctu ductuque reuocatum eſt: nec reluxit iam Chriſti Euangeliũ, quod vnicum, conſtans, nuſquam à ſeipſo diſsidens, homines ad veram pietatem & carnis mundique odium inflammat, ſed ſub titulo Euangelij, colluuies multarum hæreſum, quas vltra centum quinquaginta nominatim recenſere licet, quæ inter ſe δις διαπασων diſsident & capitabiliter hoſtiliterque inuicem pugnant, & olim pietati deditos, ad omnem carnis licentiam ne dicam impietatem, doctrina ſua extimulant, & à priſtina pietate ſtudioque deuotionis planè alienos & auerſos, teſte conſcientia ipſorum & quotidiana experientia, efficiunt: ſicq; lucem auitæ & orthodoxæ fidei, vna cum ſplendore vero Chriſtianarum & Euangelicarum virtutum, vbicunque loco & rerum potitæ fuerint, planè obfuſcarunt, ſepelierunt, & tantum non extinxerunt penitus. Nihil eſt igitur, quod Nouatores iſti & pſeudoprophetæ lucem ſui Euangelij crepent. Niſi conſcientiam haberent profligatam, & vt Apoſtolus vocat cauteriatam,

puderet eos ſuæ planè nouæ, peregrinæ, diſſectæ, non ſolum cum alijs ſed & cum ſemetipſa pugnãtis, putidæ & olim damnatæ perfidiæ ſub nomine fidei, & tenebrarum ſub titulo lucis Euangelicæ; non dico ençomiaſtes, ſed & vel mentionem quoque vllam facere.

2. Non euanuerunt iam planè omnia miracula, ſed noſtra memoria etiamdum maxima & plurima ad auitam fidem confirmandam & nouos errores iſtos confundendos fiunt permultis in locis, vt præter quotidianam experientiam, etiam viri grauiſsimi certæq; fidei teſtãtur: imò etiã ipſimet hagiomachi diffiteri in conſcientia ſua, quam tamen, abſterſo omni pudore, & timore ingenuo, violenter & nefariè ſupprimunt, nequaquã poſſunt. Conſulat obſecro Catholicus lector R.D. piæ ac felicis memoriæ Martinum Eiſengrinium, in germanico iſto libello, cui Titulus eſt. Vnſer liebe Fraw zu alten Oetting/&c. Et D.Iacobum Rabum, in Germanico etiam Tractatu, ſub Titulo: Chriſtlicher wolbegrundter Bericht / von Miraculen vnd Wunderzeichen/ quem in defenſionem miraculorum quæ apud Diuorum Reliquias eduntur, contra maledicum quendam & delirum Ioannem Marbachium, apud Argentoratenſes Lutherani Euangelij doctorem,

rem,

rem, qui prædictum libellum D. Eiſengrein, & illius occaſione omnia miracula Catholicę Eccleſiæ in auditis conuiciorum & blaſphemiarum plauſtris inceſſerat, in lucem dedit; opus certè vtiliſsimum, in quo adeo ſolidè ex ſcripturis diuinis & SS. Patrum doctrina, conuiciatoris iſtius impias atque impudentiſsimas cauillationes retudit & oppreſsit, vt nemo interim inuétus ſit q̃ cominus cũ ipſo confligere, & proſtrati confuſiq; Marbachij cauſam ex ꝓfeſſo tueri porrò auderet. Vide itidem doctiſsimum illud opus D. Petri Caniſij, de Maria Virgine. Et præterea vtiliſsimos dialogos Alani Copi: vt alios omnes breuitatis ſtudio præteream.

3. Quod verò tam crebra & vbiuis obuia SS. Reliquiarum miracula, ſicut olim, nõ conſpiciuntur, in cauſa eſt, non, quod eadem etiamdum non ſit Sanctorum apud Deum gratia, & per Deum potentia, & in nos noſtramque ſalutem beneficẽtia, ſicut olim: ſed quia per recens vltroque prognatos iſtos nouitij & vix dum quinquagenarij Euangelij propagatores Chriſti verò Euangelij non illuſtratores ſed obſcuratores, Reliquiæ & Memoriæ Diuorum planè ſubuerſæ obliteratæque, aut porrò ita vnà cum Diuis in contemptum ne dicam deriſum atque adeo execrationem deteſtationemque traductæ ſunt, vt

vel nullæ vel rariſsimæ in ijs locis vbi iſtud pſeudoeuangelium irrepſit, Reliquiæ Memoriæve Sanctorum, aut verò paucíſsimi qui illas debita cum fide & deuotione viſitent, inueniri poſsint : vnde certiſsimum eſt, ideo deinceps miracula tanta non fieri, quanta ſolebant, propterea quod homines hæreticorum fraude corrupti, ob infidelitatem, & irreuerentiam erga Deum eiuſque Sanctos, indigni planè ſint, qui vllis Diuorum priſtinis beneficijs, quibus cùm priſtinæ & priſcæ ad huc eſſent fidei, affatim gaudebant, deinceps porrò fruantur. Incredulitatem autem & impietatem populi in cauſa eſſe, ob quam Deus nec per ſeipſum, nec per ſuos miracula ſolita, cùm alias poſſet, & vellet, operetur, teſtis eſt ipſemet Saluator noſter, Lucæ 4. & præterea Matthæi 13. Marci 6. Porrò infirmitates illæ quæ à Sanctis denominantur, non ideo Sanctorum morbi vocantur, quia Sancti ſemper talibus morbis ipſimet laborauerint, vel tales morbos, quaſi, vt prophani homines loquuntur, carnifices Dei, hominibus infligant, abſit; quomodo enim hominibus dolorem vllum conflarent, qui humanæ ſalutis tam immenſo tenenter ſtudio? ſed quia iſtiuſmodi morbos per Sancto rum Reliquias aut preces meritaq; diuinitus cu-

curari notiſsimum atque per experientiam compertiſsimum euaſit.

Obiectio 4. contra Miracula Reliquiarum.

Falſa ſunt miracula quæ nunc apud Sanctorum Reliquias fieri videntur: quia ſigna tantum pro infidelibus cum edantur, non opus eſt, vt fide iamdudum confirmata, vlterius fiant, ſed planè ceſſant, cauſa ob quam fiant planè ſublata.

Reſponſio.

Nuſquam ſcriptum eſt, Miracula tantum fieri diuinitus propter infideles vel conuertendos, vel ſi in ſua cæcitate præfracti perſiſtant confundendos: Signa quidem & linguæ ſeruiunt infidelibus, ſed tantum illis, & non alia de cauſa fieri, in confirmationem videlicet, ſolatium & emolumentum fidelium iſtud probare non poſſunt hæretici. Suprà quæſt. 9. varias cauſas miraculorum commemorauimus, & planè atque euidenter teſtatum fecimus, non vnam hanc ob cauſam, infidelibus nempè duntaxat in ſignum vt exiſtant. Quæſtione quoq; 16. nõnihil eadẽ de re indicauimus. Itaque labeſcit hæc & planè concidit hagiomachorum collectio, aut potius calumnia.

Et vt maximè conſtaret tantum miracula ob infideles fieri,ideo ne cõſectariũ eſſet,nulla hoc tempore fieri poſſe, aut porrò antehac, poſt Apoſtolorum ſæcula facta fuiſſe? Nonne ſemper, quantumcunque propagatum confirmatúmve fuerit vnquam Euangelium Chriſti,multas infideles gentes in Chriſtianorũ finibus,ne dicam inter Chriſtianos, ſemper permanſiſſe reliquias indubitatũ eſt? Nonne etiamdũ Iudæi infideliſsimi & ꝑditiſſimi nobiſcũ & inter nos, maiore frequẽtia atq; etiã licentia quã par eſt, conuerſantur? Qua fronte igitur ſuperuacaneum cenſebimus miracula in Eccleſia etiam nunc fieri: aut quę fiunt,falſa eſſe,perfricta frõte & prophano ore proclamabimus?

Præterea quis neſcit omnes hæreticos inter infideles non modo computandos, ſed & infidelibus longè eſſe deteriores? Quia igitur ſemper Eccleſiam per hæreticos infeſtauit diabolus,ſemper meritò debuit Deus, pro confirmandis Catholicis,& confundendis hæreticis,mirabilia operari,per Sanctos Catholicos,eo tempore maximè,vt D. Ambroſius olim aiebat, quo Eccleſiam nouit maioribus egere præſidijs: id quod & noſtro tempore fieri gratanter & experimur & agnoſcimus Catholici,& experiuntur quidẽ etiam ipſi,ſed agnoſcere nolunt,nec proinde

de, erubeſcere aut à ſua inſania deſiſtere cęci pallidi, & præfracti hęretici. Vide q. 14. & 15. & videbis nullis retroactis ſæculis Eccleſiá certis & præclaris deſtitutam fuiſſe in confirmationem Catholicæ fidei, & confuſionem nouitiæ perfidiæ, miraculis: nec iam, quando certè plurimæ & propemodum innumerabiles quotidiè gignuntur aut porrò ex olim damnatorum cineribus maiore ex parte reſuſcitantur hæreſes, & proinde maximis eget contra illas præſidijs, deſtituitur: tametſi aduerſarij (quorum in oculis ſudes eſt, miraculorum quæ à Catholicis Diuis in Catholica fiunt Eccleſia, ſplendor) omnibus neruis ea omnia aut negare, aut ſuſpecta porro & contempta reddere, necquicquam contendant.

5. Obiectio contra Miracula Reliquiarum.

Falſa ſunt Reliquiarum iactata miracula, & nō niſi meræ dæmonum præſtigiæ: quia per iſtiuſmodi putatitia miracula confirmatur infidelitas papalis, inuocatio cultusq́ Mortuorũ, & ſimiles idolomaniæ, quibus Dei gloria & Chriſti meritum mediatorisq́ officium obſcuratur, & ſimplicium mentes à vero Deo ad Mortuos auocantur, &c.

Re-

vlla miracula apud Catholicorum Sanctorum Reliquias; aut ſi negare & obſcurare ea nulla ratione ſine manifeſta impudentiæ & mendacij nota non poſſunt, dæmonis præſtigijs, prô impietatem! tranſſcribunt. quæ tamen & Sacra ſcriptura, & tota antiquitas, & ipſorummet conſcientia, & omnis denique ratio dictat teſtaturq; diuinitus ac per Dei gratiam fieri? Sed quanam ratione hanc ſuâ tam horrendam blaſphemiam, vt quæ Dei ac Spiritus Sancti opera ſunt, diabolo tribuere audeant, coram vulgo defendere aut porrò probabilem efficere conantur? Quia nimírum, inquiunt, per huiuſmodi miracula inuocatio cultuſque Mortuorum (ſic enim vocant Sanctos cum Chriſto æternaliter viuentes) cauſantur & confirmatur: mentes ſimplicium à vera fide & fiducia in Deum, ad Sanctos demortuos, tanquam dij quidam eſſent, traducuntur: & Chriſti veri & vnici Mediatoris honor & officium ad Sanctos transfertur: & ſimiles propemodum infinitæ idolomaniæ & ſuperſtitionum genera exinde ortum & progreſſum habent. &c. Verū enimuerò qui ea quæ nos paulo ante & alibi diximus aduertere diligenter volet, deprehendet ſanè, has hæreticorum obiectiones, quantumuis prima facie aliquam veriſimilitudinē & dei Zelū prę ſe ferre videâtur,
tamen

tamen in receſſu & rei veritate nihil aliud eſſe, quam meras & impias calumnias craſſa mendacia, & atroces in Deum Deiq́ue Eccleſiam, ac Diuos quoque cœlites blaſphemias. Alios, ſiquidem, & maximè quos Deo gratos & Sanctos eſſe conſtat, inuocare, vt Deũ pro nobis orent, eiuſq; nobis ſuis præcibus concilient gratiam, idololatria non eſt, ſed deſiderio atque adeo mandato Dei, Ezech. 22. Geneſ. 20. Iob. 42. atque etiam Exemplo D. Pauli, qui ab omni idololatria ſuit quam alieniſsimus, Rom. 15. 2. Cor. 1. Col. 4. 1. Theſſ. 5. 2. Theſſ. 3. Eph. 6. Heb. 13. plane conforme: niſi aut Deum idololatriá iuſſiſſe, aut S. Paulum commiſiſſe eadem cum impudentia aſſerere volent: Nec hoc pacto Sanctorum ſuffragia ambientes, à Deo recedunt, ſed potius humiliter & propius cum multis comprecatoribus accedunt: neque Chriſti officio aut meritis quicquam derogant, quando Sanctos orant, vt ſecum in nomine Chriſti Deum interpellent, ſed potius ſummopère cõmendant, quando cum tam multis in Chriſti nomine petunt, & tanta cum diligentia per multorum Deo placentium preces, Chriſti merita, à quibus toti pendent, participare deſiderant: neque à Chriſto ſuos honores ad Diuos transferunt, ipſos laudando, ſed potius Chriſtum in Sanctis potentem & mirabi-

rabilem prædicant, mirantur, extollunt, & omnia quæcunq; Sanctos aut precando aut iuuãdo poſſe aut præſtare norũt, Chriſti meritis, & gratiæ, ſine qua nihil, per quã omnia poſſunt, quæcũq; poſſunt, in ſolidũ transferri bũt & accepta ferunt. Hoccine eſt Diuos in Dei aut Chriſti locũ ſubſtituere, aut à Deo recedere, eoq; planè deſerto, Diuis & animę & corporis ſalutẽ ſanitatemq; committere? Fallunt igitur & falluntur turpiter, & mentiuntur more ſuo impudenter, & non excuſant ſed exaggerant potius & accumulant blaſphemijs blaſphemias: quando aut Dei miracula per Sanctorum Reliquijs edita dęmoni aſsignant, vel pium & longe antiquiſſimum laudatiſsimũq; Diuorum & SS. Reliquiarum cultũ in Eccleſia Dei, quæ columna & firmamẽtum eſt veritatis, vna cum tot tantiſque Patribus idololatriæ damnabili crimine obſtringere non verentur.

Cap. 20.

Cedo, quid D. Auguſtinus, quem ipſimet hæretici quoq; maximi faciunt, Catholici verò ſæpenumero citant, de veritate & veneratione Miraculorum, quæ apud SS. Reliquias ſuo ſæculo facta ſunt, cap. illo octauo lib. 22. de Ciuitate Dei, teſtatum reliquit?

Quia Catholici quando de Reliquijs ſa-

cris & earundem certis euidentibusque miraculis pertractant, frequenter D. Auguſtinum cap. 8. lib. 22. in medium adferunt: & Hæretici illius Patris Auctoritatem plurimi plerunq; facere & commendare aſſolent, operæpretium facturum me exiſtimaui, ſi in gratiam eorum, qui opera illius Sanctiſsimi Præſulis, aut porrò volumē de Ciuitate Dei, non habent, integrum illud caput huc coronidis ſeu auctarij vice tranſſcribere: vt ex illius ſedula perluſtratione aduerſarij noſtri & Miraculorum calumniatores aut conuertantur, aut confundantur: Catholici verò & pij Chriſtiani in orthodoxa fide & auita Religione deuotioneque incrementa maiora ſumant, & magis ac magis confirmentur conſeruenturq;.

Libri 22. de Ciuitate Dei caput octauum. De miraculis, quæ vt mundus in Chriſtum crederet, facta ſunt, & fieri Mundo credente non deſinunt.

Cur inquiunt (*Pagani*) nunc illa miracula quæ prædicatis facta eſſe, non fiunt? Poſſem quidem dicere, neceſſaria fuiſſe priuſquam crederet mundus, ad hoc vt crederet mundus. Quiſquis adhuc prodigia, vt credat, inquirit, magnum eſt ipſe prodigium, qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicunt

cunt, vt nec tunc illa miracula facta fuiſſe credantur. Vnde ergo tāta fide Chriſtus vſquequaq; cantatur in cœlū cū carne ſublatus? Vnde temporibus eruditis, & omne quod fieri non poteſt reſpuentibus, ſine vllis miraculis nimiū mirabiliter incredibilia credidit mundus? An forte credibilia fuiſſe, & ideo credita eſſe dicturi ſunt? Cur ergo ipſi non credunt? Breuis eſt igitur noſtra complexio: Aut incredibili rei, quæ non videbatur, alia incredibilia, quæ tamen fiebant & videbantur, fecerunt fidem: aut certè res credibilis vt nullis quibus perſuaderetur miraculis indigeret, iſtorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad refellendos vaniſsimos dixerim. Nam facta eſſe multa miracula quæ atteſtarentur vni grandi ſalubriq; miraculo, quo Chriſtus in cœlū cū carne in qua reſurrexit, aſcendit, negare non poſſumus. In eiſdem quippe veraciſsimis libris cūcta conſcripta ſunt, & quæ facta ſunt, & propter quod credendum facta ſunt. Hæc vt fidem facerent, innotuerunt, hæc per fidem quam fecerunt, multò clarius innoteſcunt. Leguntur quippe in populis vt credantur, nec in populis tamen, niſi credita legerentur. Nam etiam nūc (*Nota*) fiunt miracula eius nomine, ſiue per Sacramenta eius, ſiue per orationes (*attende*)

vel memorias Sanctorum eius, ſed non eadem claritate illuſtrantur, vt tanta quanta illa gloria diffamentur. Canon quippe ſacrarum literarum, quem diffamatum eſſe oportebat, illa facit vbique recitari, & memoriæ cunctorum inhærere populorum: hæc autẽ vbicunque fiunt, ibi ſciuntur, vix à tota ipſa ciuitate, vel quocũque commanentium loco. Nam plerunque etiam ibi paucisſimi ſciunt, ignorantibus cæteris, maximè ſi magna ſit ciuitas, & quando alibi alijſque narrantur, non tanta ea commendat auctoritas, vt ſine difficultate vel dubitatione credantur quamuis chriſtianis fidelibus à fidelibus indicentur.

I. Miraculum quod Mediolani factum eſt, cum illic eſſemus, quando illuminatus eſt cæcus, ad multorum notitiam potuit peruenire, quia & grandis eſt ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, immenſo populo teſte res geſta eſt, concurrẽte ad Corpora Martyrum Prothaſij & Geruaſij. Quæ cum laterent & penitus neſcirentur, Epiſcopo Ambroſio per ſomnum reuelata reperta ſunt, vbi cæcus ille depulſis veteribus tenebris diem vidit.

Apud Carthaginem autem quis nouit, præter admodum paucisſimos, ſalutem quæ facta eſt Innocẽtio exaduocato vicariæ præfecturæ, vbi nos interfuimus & oculis aſpeximus

ximus noſtris? Venientes enim de tranſmarinis, me & fratrem meũ Alipium, nondum quidem clericos, ſed iam Deo ſeruientes, vt erat cum tota domo ſua religioſiſsimus, ipſe ſuſceperat, & apud eum tunc habitabamus. Curabatur à medicis propter fiſtulas quas numeroſas atque perplexas habuit, in poſteriore atque ima corporis parte. Iam ſecuerant eum, & artis ſuæ cætera medicamentis agebant. Paſſus autem fuerat in ſectione illa & diuturnos & acerbos dolores. Sed vnus inter multos ſinus fefellerat medicos, atq; ita latuerat, vt eũ non tangerent, quem ferro aperire debuerant. Deniq; ſanatis omnibus quæ aperta curabant, iſte remanſerat ſolus, cui fruſtra impendebatur labor. Quas moras ille ſuſpectas habens, multumq́; formidans ne iterum ſecaretur, quod ei prædixerat alius medicus domeſticus eius, quem non admiſerant illi vt ſaltem videret, cum primum ſectus eſt, quomodo id facerẽt, iratuſq́ue illum domo abiecerat, erupit, atque ait: Iterũ me ſecturi eſtis? Ad illius quem noluiſtis eſſe præſentem verba venturus ſum? Irridere illi medicum imperitum, metumq́ue hominis bonis verbis promiſsionibuſq́ue lenire. Præterierunt & alij dies plurimi, nihilq́ue proficiebat, omne quod fiebat. Medici tamẽ in ſua pollicitatione perſiſtebant, non ſe illũ

 ſinum

ſinũ ferro,ſed medicamẽtis eſſe clauſuros. Ad hibuerũt & aliũ grandæuũ iá medicũ,ſatisq; in illa arte laudatũ,adhuc.n.viuebat, Ammo niũ,q loco inſpecto,idẽ quod illi eorũ diligẽtia peritiaq; promiſit. Cuius ille factus aucto ritate ſecurus domeſtico ſuo medico, q futu rá prędixerat aliá ſectionẽ faceta hilaritate, velut iá ſaluus,eluſit. Quid plura? Poſtea tot dies inaniter conſumpti tranſierunt, vt ſeſsi atq; cõfuſi faterentur eũ niſi ferro nullo modo poſſe ſanari. Expauit, expalluit, nimio timore turbatus,atq; vbi ſe collegit,fariq; potuit,abire illos iuſsit,& ad ſe amplius non accedere,nec aliud occurrit fatigato lachrymis & illa neceſsitate cõſtricto, niſi vt adhiberet Alexandrinum quẽdam qui tunc chirurgus admirabilis habebatur,vt ipſe faceret, quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed poſteaquá venit ille, laboremq; illorũ in cicatricibus ſicut artifex vidit,boni viri functꝰ officio, pſuaſit homini, vt illis potius qui in eo tantũ laborauerãt,quantũ ipſe inſpiciẽs mirabatur,curationis ſuæ fine fruerẽtur, adijciẽs quod reuera niſi ſectus eſſet,ſaluus eſſe non poſſet: valde abhorrere à ſuis morib. vt hominib. quorũ artificioſiſsimá operá,induſtriá, diligẽtiá admirás in cicatricibus eius videret,propter exiguũ quod remáſit,palmá tanti laboris auferret. Redditi ſunt animo eius,& placuit vt

eodē Alexādrino aſsiſtēte ipſi ſinū illū ferro
q̄ iā conſenſu omniū aliorū inſanabilis puta-
batur,aperirēt.Quæ res dilata in conſequen-
tē diē.Sed cū abijſſent illi, ex mœrore nimio
domini,tātus eſt in domo illa exortus dolor,
vt tāq̃ funeris plāctus vix cōprimeretur à no
bis.Viſitabāt eū quotidie ſancti viri,Epiſco-
pus tūc Vzalēſis beatæ memoriæ Saturninꝰ
& presbyter Geloſus,ac Diaconi Carthagi-
nēſis Eccleſiæ.In quib. erat & in quibꝰ ſolus
eſt nūc in reb.humanis iā Epiſcopꝰ cū hono
re à nobis nominādus Aurelius,cū quo recor
dātes mirabilia opera Dei,de hac re ſępe col
locuti ſumus,eūq; valde meminiſſe,quod cō
memoramꝰ inuenimus. Qui cū eū,ſicut ſole
bāt,veſperi viſitarēt,rogabat eos miſerabili-
bus lachrymis,vt mane dignarētur eſſe p̃ſen
tes ſuo funeri potius q̃ dolori.Tātus.n.eum
metus ex priorib.inuaſerat pœnis,vt ſe inter
medicorū manꝰ nō dubitaret eſſe moriturū.
Cōſolati ſunt eū illi & hortati,vt in Deo fide
ret,eiuſq; volūtatē viriliter ferret.Inde ad o-
rationē ingreſsi ſumꝰ. Vbi nobis ex more ge
nua figētib.(*Nota*)atq; incūbētib.terrę,ille ſe
ita ꝓiecit,tanq̃ fuiſſet aliquo impellēte graui
ter ꝓſtratꝰ,& cœpit orare.Quib.modis,quo
affectu,quo motu animi, quo fluuio lachry-
marū,quib.gemitib. atq; ſingultib.ſuccutiē-
tib.omnia mēbra eiꝰ, & penè intercludētib.

ſpiritum, quis vllis explicet verbis? Vtrum orarent alij, nec in hæc eorum auerteretur intentio, neſciebam. Ego tamen prorſus orare nihil poteram, hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: Domine quas tuorum preces exaudis, ſi has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi iam poſſe, niſi vt expiaret orando. Surreximus, & accepta ab Epiſcopo *(Nota)* benedictione diſceſsimus, rogante illo vt mane adeſſent, illisque vt æquo animo eſſet hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur, aderant Serui Dei, ſicut ſe adfuturos promiſerant. Ingreſsi ſunt medici, parantur omnia quæ hora illa poſcebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis ſuſpenſisque omnibus. Eis autem quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius conſolando erigentibus ad manus ſecturi membra in lectulo componuntur, ſoluuntur nodi ligamentorum, nudatur locus, inſpicit medicus, & ſecandum illum ſinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitisq; contrectat. Tentat denique modis omnibus, inuenit firmiſsimam cicatricem. Iam illa lætitia & laus atque gratiarum actio miſericordi & omnipotenti Deo, quæ fuſa eſt ore omnium lachrymantibus gaudijs, non eſt committenda meis verbis: cogitetur potius quá dicatur.

In

In eadem Carthagine Innocentia religioſiſsima fœmina de primarijs ipſius ciuitatis, in mamilla cancrum habebat: rem, ſicut medici dicunt, nullus medicamentis ſanabilem. Aut ergo præſcidi ſolet & à corpore ſeparari membrum vbi naſcitur: aut vt aliquanto homo diutius viuat, nam inde mortem quantumlibet tardius affuturam, ſecundum Hypocratis vt fertur ſententiam, omnis eſt omittenda curatio. Hoc illa à perito medico & ſuę domui familiariſsimo acceperat, & ad ſolum Deum ſe orando conuerterat. Admonetur in ſomnis appropinquante Paſca, vt in parte fœminarum obſeruanti ad baptiſterium, quæcunque illi baptizata primitus occurriſſet, eundem locum ſigno (*Nota*) Crucis Chriſti ſignaret: fecit, & confeſtim ſanitas ſecuta eſt. Medicus ſanè qui ei dixerat, vt nihil curationis adhiberet, ſi paulo diutius vellet viuere, cum inſpexiſſet eam poſtea, & ſaniſsimam comperiſſet, quam prius habere illud malum tali inſpectione cognouerat, quæſiuit ab ea vehementer, quid adhibuiſſet curationis, cupiens, quantum intelligi datur, noſſe medicamentum, quo Hypocratis definitio vinceretur. Cumque ab ea quid factum eſſet audiſſet, voce velut contemnentis & vultu, ita vt illa metueret ne aliquod cõtumelioſum verbum proferret in Chriſtũ,

religioſa vrbanitate reſpondiſſe fertur, putabam, inquit, magnum aliquid te mihi fuiſſe dicturam. Atq; illa iam exhorreſcente, mox addidit: Quid grande fecit Chriſtus ſanare cancrum, qui quatriduanum mortuum ſuſcitauit? Hoc ergo cum audiſſem, & vehementer ſtomacharer, in illa ciuitate atque in illa perſona, non vtiq; obſcura, factum tam ingens miraculum latere, hinc eam & admonendam & penè obiurgandam putaui. Quæ cum mihi reſpondiſſet, non ſe inde tacuiſſe, quæſiui ab eis quas fortè tunc matronas amicisſimas ſecum habebat, vtrum hoc antea ſciiſſent. Reſponderunt ſe omnino neſciſſe. Ecce, inquam, quomodo non taces, vt nec iſtæ audiant; quæ tibi tanta familiaritate iunguntur? Et quia breuiter ab ea quæſiuerâm, feci vt illis audientibus multumque mirantibus & glorificantibus Deum, totum ex ordine, quemadmodum geſtum fuerit, indicaret.

Medicum quendam podagricum in eadem vrbe, qui cum dediſſet nomẽ ad baptiſmum, & pridie quam baptizaretur, in ſomnis, à pueris nigris cirratis, quos intelligebat dæmones eſſe, baptizari eodem anno prohibitus fuiſſet, eiſq; non obtemperans etiam conculcantibus pedes eius in dolorem acerrimum, qualem nunquam expertus eſt, iſſet,

iſſet, magiſq; eos vincens lauacro regenerationis, vt vouerat ablui nón diſtuliſſet, in baptiſmate ipſo non ſolùm dolore, quo vltra ſolitum cruciabatur, verum etiam podagra caruiſſe, nec amplius, cum diu poſtea vixiſſet pedes doluiſſe, quis nouit? Nos tamen nouimus, & paucíſsimi fratres, ad quos id potuit peruenire è vicinò.

Quidam Curubitanus, non ſolùm à paralyſi, verum etiam ab informi pondere genitalium, cum baptizaretur, ſaluus effectus eſt & liberatus vtraq; moleſtia, tanquam mali nihil habuiſſet in corpore, de fonte regenerationis aſcendit. Quis hoc præter Curubim nouit, & præter rariſsimos aliquos, qui hoc vbicunq; audire potuerunt? Nos autem cũ hoc comperiſſemus, iubente Sanctò Epiſcopo Aurelio, etiam vt veniret Carthaginẽ fecimus: quamuis à talibus prius audierimus, de quorum fide dubitare non poſſemus.

Vir tribunitius Heſperius qui apud nos eſt, habet in territorio Fuſſalenſi fundũ Zubedi appellatum, vbi cùm afflictione animalium & ſerũorum ſuorum, domum ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti cõperiſſet, rogauit noſtros, me abſente, preſbyteros, vt aliquis eorum illò pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit *(Nota vſum & efficaciã Sacrificij Miſſæ)* ibi

ibi Sacrificium corporis Chriſti, orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo protinus miſerante, ceſſauit.

2. Acceperat autem ab Amico ſuo Terrã ſanctam *(Nota)* de Hieroſolymis allatam, vbi ſepultus Chriſtus, die tertio reſurrexit: eamque ſuſpenderat in cubiculo ſuo, ne quid mali etiam ipſe pateretur. At vbi domus eius ab illa infeſtatione purgata eſt, quid de illa terra fieret cogitabat: quam diutius in cubiculo ſuo *(Nota venerationem Reliquiarum)* reuerentiæ cauſa habere nolebat. Forte accidit, vt ego, & Collega meus tunc Epiſcopus Synicenſis Eccleſiæ Maximinus, in proximo eſſemus: vt veniremus rogauit, & venimus. Cumque nobis omnia retuliſſet, etiam hoc petiuit, vt infoderetur alicubi, atq; ibi Orationum locus fieret: vbi etiam poſſent Chriſtiani, ad celebranda quæ Dei ſunt, congregari. Non reſtitimus, factum eſt.

3. Erat ibi iuuenis paralyticus ruſticanus, qui hoc audito *(ſcilicet de terræ ſancta particula)* petiuit à Parentibus ſuis, vt illum ad eum locum Sanctum non cunctanter afferrent. Quò cum fuiſſet allatus, *(ſcilicet vbi terra illa ſancta reſeruabatur,)* orauit: atque inde continuo pedibus ſuis ſaluus abſceſsit.

4. Victoriana villa dicitur, quę ab Hippone regio minus triginta milibus abeſt. Memo-

moria Martyrum*(Nota)*ibi eſt Mediolanenſium Geruaſij & Prothaſij : portatus eſt die eo quidam adoleſcens, qui cum de medio tempore æſtatis equum ablueret, in fluminis gurgite, dæmonem incurrit. Ibi cum iaceret, vel morti proximus, vel ſimilimus mortuo: ad veſpertinos illuc hymnos(*Nota*)& orationes cum ancillis ſuis, & quibuſdam (*Nota*) ſanctimonialibus ex more Domina poſſeſsionis intrauit: atque hymnos cantare cœperunt. Qua voce ille quaſi percuſſus, excuſſus eſt:& cum terribili fremitu altare apprehenſum mouere non audens,ſiue non valens, tanquam eo fuerit alligatus aut fixus,tenebat: & cum grādi eiulatu parci ſibi rogans,confitebatur,vbi Adoleſcentem & quando & quomodo inuaſerit. Poſtremo ſe exiturum eſſe denuncians, membra eius ſingula nominabat, quæ ſe amputaturum exiens minabatur: atque inter hæc verba diſceſsit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fuſus, tenui venula ab interiore quaſi radice pendebat, totumq; eius medium quod ingellum fuerat,albicabat. Quo viſo, qui aderant, concurrerant etiam vocibus eius acciti,& ſe omnes in orationem pro illo ſtatuerunt: quamuis eum ſana mente aſtare gauderent, rurſus tamen propter oculum eius contriſtati, medicum quærendum

eſſe dicebant. Ibi maritus ſororis eius, qui eum illò detulerat: potens eſt, inquit, Deus (*Nota*) orationibus Sanctorum ſuorum, qui fugauit dæmonem, lumen ei reddere. Tunc ſicut potuit, oculum lapſum atq; pendentẽ, loco ſuo reuocatum, ligauit orario: nec niſi poſt ſeptem dies putauit eſſe ſoluendum. Quod cum feciſſet, ſaniſsimum inuenit.

5. Sanati ſunt illic (*apud Memoriam SS. Martyrum Geruaſij & Prothaſij*) & multi alij: de quibus dicere longum eſt.

Hypponenſem quandam virginem ſcio, cum ſe oleo perunxiſſet, cui pro illa orans Presbyter inſtillauerat lachrymas ſuas, mox à dæmonio fuiſſe ſanatam.

6. Erat quidam ſenex Florentinus Hipponenſis noſter, homo religioſus & pauper: qui ſartoris ſe arte paſcebat; caſulam perdiderat, & vnde ſibi emeret non habebat: ad viginti Martyres (*Nota*) quorum Memoria apud nos eſt celeberrima, clara voce, vt veſtiretur, orauit. Audierunt eum Adoleſcentes qui fortè aderant, irriſores: eumque diſcedentem exagitantes, proſequebantur: quaſi à Martyribus quinquagenos, folles, vnde veſtimentum emeret, petiuiſſet. At ille tacitus ambulans, eiectum grandem piſcem palpitantem vidit in littore, eumque illis fauentibus atque iuuantibus, apprehen-

dit,

dit,& cuidam coquo Carchoſo nomine, benè Chriſtiano,ad coquinam conditariam,indicans quid geſtum ſit, trecẽtis follibus vendidit, lanam comparare inde diſponens, vt vxor eius quomodo poſſet, ei quo indueretur efficeret. Sed coquus conſcidens piſcem annulum aureum *(ecce miraculum)* in ventriculo eius inuenit,moxq; miſeratione flexus & religione pterritus,homini eũ reddidit dicẽs:Ecce quõo viginti Martyres te veſtierũt.

7. Ad aquas Tibilitinas Epiſcopo afferente Proiecto Reliquias Martyris glorioſiſsimi Stephani, ad eius Memoriam veniebat magnæ multitudinis concurſus, & *(Ecce peregrinatio ad Reliquias)* occurſus. Ibi cæca mulier vt ad Epiſcopum portantem *(Nota)* Pignora ſacra duceretur, orauit: flores quos ferebat dedit: recepit, *(Nota)* oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus qui aderát, præibat exultans, viam carpẽs, & viæ ducem vlterius non requirens.

8. Memorati memoriam Martyris, q̃ poſita eſt in Caſtello Synicenſi, quod Hipponenſi Coloniæ vicinũ eſt: eiuſdem loci Lucillus Epiſcopus, populo *(nota proceſſionẽ cum SS. Reliquijs, & eius miraculũ)* præcedente atq; ſubſequente portabat: fiſtula cuius moleſtia iam diu laborauerat, & familiariſsimi ſui Medici, q eã ſecaret operiebatur manus, illi9 pię *(Nota)*

(*Nota*) ſarcinæ vectatione repente ſanata eſt. Nam deinceps eam in ſuo corpore non inuenit.

9. Eucharius Presbyter ex Hiſpania, Calamæ habitans, veteri morbo, calculo laborabat, per Memoriam ſupradicti Martyris, quam Poſsidius illò aduexit (*Nota translationem Reliquiarum*) Epiſcopus, ſaluus factus eſt.

10. Idem ipſe poſtea morbo alio præualeſcente, mortuus ſic iacebat, vt ei iam pollices ligarentur: opulatione (*Nota*) memorati Martyris, cum de Memoria eius reportata fuiſſet, & ſuper iacentis corporis miſſa ipſius (*Nota*) presbyteri tunica, ſuſcitatus eſt.

11. Fuit ibi vir in ordine ſuo primarius, nomine Martialis, æuo iam grauis, & multũ à Religione abhorrens Chriſtiana. Habebat ſanè fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum ægrotantem multis & magnis precibus, & lachrymis rogarent, vt Chriſtianus fieret, prorſus abnuit: eoſque à ſe turbida indignatione ſubmouit. Viſum eſt genero eius, vt iret ad Memoriam (*Nota*) Sancti Stephani, & illic pro eo quãtum poſſet oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, qua crederé non differret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & ſynceriter ardente pietatis affectu: deinde abcedens, ali-

aliquid (*Nota*) de Altari florum, quod occurrit, tulit: eique cum iam nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt: & ecce ante diluculum clamat, vt ad Epiſcopum curreretur: qui mecum fortè tunc erat apud Hipponem. Cum verò audiſſet eum abſentem, venire Presbyteros poſtulauit. Venerunt, & ſtatim ſe credere dixit: admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus eſt. Hoc quamdiu vixit, in ore habebat: Chriſte accipe Spiritum meũ: cùm hæc verba beatiſsimi Stephani, quando lapidatus eſt à Iudęis, vltima fuiſſe neſciret: quę huic quoque vltima fuerunt. Nam non multò poſt, etiam ipſe defunctus eſt.

12. Sanati ſunt illic per eundem Martyrem, etiam podagrici duo, vnus ciuis, peregrinus vnus. Sed ciuis omnimodo: peregrinus autem per reuelationem, quid adhiberet quando doleret, audiuit. & cum hoc feciſſet, dolor continuo conquieuit.

13. Audurus nomen eſt fundi, vbi Eccleſia eſt, & in ea Memoria Stephani Martyris. Puerum quendam paruulum cum in area luderet, exorbitantes boues qui vehiculum trahebant, rota obtriuerunt, & confeſtim palpitauit expirans. Hunc Mater arreptum, ad eandem Memoriam poſuit: & non ſolùm reuixit, verùm etiam illæſus apparuit.

14. Sanctimonialis quædam in vicina poſſeſsione, quę Caſpaliana dicitur, cum ægritudine laboraret, & deſperaretur, ad eandem Memoriam tunica eius allata eſt: quæ antequam reuocaretur, illa defuncta eſt. Hac tamē tunica operuerunt cadauer eius parētes, & recepto ſpiritu ſalua facta eſt.
15. Apud Hipponem Baſſus quidā Syrus ad Memoriam eiuſdem Martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoque ſecum veſtem illius detulerat: cū ecce pueri de domo occurrerunt, qui ei mortuam denunciarent. Sed cum, orante illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum rediſſet, iam ſuorum eiulatibus perſonantē, & veſtem filię quam ferebat, ſuper eam proieciſſet, reddita eſt vitæ.
16. Rurſus ibidem apud nos Irinæi cuiuſdam collectarij filius, ægritudine extinctus eſt. Cumq; corpus iaceret exanime, atq; alijs gementibus & plangentibus, exequiæ pararentur, amicorū eius quidam inter aliorum conſolantium verba ſuggeſsit, vt eiuſdem Martyris oleo perungeretur. Factum eſt, & reuixit.
17. Itemq; apud nos Vir Tribunitius Eleuſinus ſuper Memoriā Martyris, quæ in ſuburbano eius eſt, ægritudine exanimatum po-
ſuit

ſuit infantulum filium ſuum: & poſt orationem, quam multis cum lachrymis ibi fudit, viuentem leuauit.

Quid faciam? Vrget huius operis implenda promiſsio, vt non hic poſsim omnia commemorare (*Nota*) quæ ſcio: & procul dubio pleriq; noſtrorum, cum hæc legent, dolebũt me tam multa prætermiſiſſe, quæ vtiq; mecum ſciunt. Quos iam nunc vt ignoſcant rogo: & cogitent quàm prolixi laboris ſit facere, quod me hic nõ facere, ſuſcepti operis neceſsitas cogit. Si enim miracula ſanitatum, vt alia taceam, modo velim ſcribere, quæ per hunc Martyrem, id eſt, glorioſiſsimum Stephanum, facta ſunt in colonia Calamenſi & in noſtra, plurimi conficiendi (*Nota*) ſunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt: ſed tantum de quibus libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis. Id namq; fieri voluimus, cum videremus antiquis ſimilia diuinarum ſigna virtutum, etiã noſtris temporibus frequentari: & ea nõ debere multorum notitiæ deperire. Nondum eſt autem biennium ex quo apud Hipponem regium cœpit eſſe iſta memoria, & multis quod nobis certiſsimum eſt non datis libellis, de ijs quę mirabiliter facta ſunt, illi ipſi qui dati ſunt ad (*attende*) ſeptuaginta fermè numerum peruenerant, quãdo iſta conſcripſi. Calamæ verò vbi & ipſa

Memoria prius eſſe cœpit, & crebrius dantur, incomparabili (*Nota*) multitudine ſuperãt. Vzali etiã, quæ colonia Vticæ vicina eſt, multa præclara per eundem (*Nota*) Martyrem facta cognouimus: cuius ibi Memoria longè priuſquam apud nos ab Epiſcopo Euodio conſtituta eſt. Sed libellorum dandorum ibi conſuetudo non eſt, vel potius non fuit: nam fortaſſe nunc eſſe iam cœpit.

18. - Cum enim nuper illic eſſemus, Petroniam clariſsimam fœminam, quæ mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, languore ſanata eſt: hortati ſumus volente ſupradicti loci Epiſcopo, vt libellum daret, qui recitaretur in populo, & obedientiſsimè paruit. In quo poſuit etiam quod hic reticere non poſſum, quamuis ad ea quæ hoc opus vrgent, feſtinare compellar. A quodam Iudæo dicit ſibi fuiſſe perſuaſum, vt annulum capillatio cingulo inſereret, quo ſub omni veſte ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet ſub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quaſi remedio, ad S. Martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ in ſua poſſeſsione manſiſſet, ſurgens, vt iter perageret ante pedes ſuos illum iacentem annulum vidit, & capillati-

am

am Zonam qua fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam cum omnino ſuis nodis firmiſſimis, ſicut fuerat, comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe, atque exilijſſe annulum ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus, futuræ ſalutis quodammodo pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præſumpſit, atque illud vinculum ſoluens, ſimul cum eodem annulo proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui etiam Dominum Ieſum per integra virginalia (*Nota*) matris enixum, & ad diſcipulos oſtijs clauſis ingreſſum fuiſſe non credunt. Sed hoc certè quærant, & ſi verum inuenerint, illa credant. Clariſsima fœmina eſt, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat: ampla ciuitas: ampla perſona, rem quærentes latere non ſinunt. Martyr certe ipſe, quo (*Nota*) impetrante ſanata eſt in filium permanentis virginis credidit, in eum qui oſtijs clauſis ad diſcipulos ingreſſus eſt credidit. Poſtremò, propter quod omnia iſta dicuntur à nobis, in eum qui aſcendit in cœlum cum carne, in qua reſurrexerat credidit: & ideo (*Nota quur per Sanctos poſt mortem miracula fiant*) per eum tanta fiunt quia pro iſta fide animam poſuit ſuam. Fiunt ergo etiam nunc (*Nota*) multa miracula: eo-

dem Deo faciente per quos vult (*Nota*) & quemadmodum vult: qui & illa quæ legimus fecit: ſed iſta nec ſimiliter innoteſcunt, neque vt non excidant animo, quaſi glarea memoriæ crebra lectione tunduntur. Nam & ibi diligentia eſt, quæ nunc apud nos eſſe cœpit, vt libelli eorum, qui beneficia percipiunt, recitentur in populo, ſemel hoc audiunt qui aſſunt, pluresque non aſſunt: vt nec illi qui affuerunt, poſt aliquot dies, quod audierunt, mente retineant, & vix quiſquam reperiatur illorum, qui ei quem non affuiſſe cognouerit, indicet quod audiuit.

19. Vnum eſt apud nos factum, non maius quam illa q̃ dixi, ſed tam clarum atq; illuſtre miraculum, vt nullum arbitrer eſſe Hipponenſium, qui hoc non vel viderit, vel didicerit: nullum qui obliuiſci vlla ratione potuerit. Decem quidam fratres fuerunt, quorum ſeptem ſunt mares, tres fœminæ, de Cæſarea Cappadociæ ſuorum ciuium nō ignobiles: maledicto matris, recenti patris eorum obitu deſtitutæ, quæ iniuriam ſibi ab ijs factam acerbiſsimè tulit, tali pœna ſunt diuinitus coërciti, vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua fœdiſsima ſpecie oculos ſuorum ciuium non ferentes, quaquauerſum, cuique ire viſum eſt, toto penè vagabantur orbe Romano. Ex

his

his etiam ad nos venerunt duo, frater & ſoror, Paulus & Palladia, multis alijs locis miſeria diffamante iam cogniti. Venerunt autem ante Paſca, dies fermè quindecim, Eccleſiam quotidie, & in ea Memoriam glorioſiſsimi Stephani frequentabant, orantes vt iam ſibi placaretur Deus, & ſalutem priſtinam redderet. Et illic, & quacunq; ibant, conuertebant in ſe ciuitatis aſpectum. Nonnulli qui eos alibi viderant, cauſamq; tremoris eorũ nouerant, alijs vt cuiq; poterant, indicabant. Venit & Paſca, atq; ipſo die Dominico mane, cum iam frequens populus præſens eſſet, & loci ſancti cancellos, vbi Martyrium erat, idem iuuenis orans teneret, repentè proſtratus eſt, & dormienti ſimilimus iacuit: non tamẽ tremens, ſicut etiã per ſomnũ ſolebat; ſtupentibus qui aderant, atq; alijs pauentibus, alijs dolentibus, cũ eum quidã vellent erigere, nõnulli prohibuerũt, ſed potius exitiũ expectandũ eſſe dixerũt. Et ecce ſurrexit, & nõ tremebat, quoniã ſanatus erat, ſtabat incolumis, intuens intuentes. Quis ergo intuentiũ ſe tenuit à laudibus Dei? Clamantiũ gratulantiũq; vocib. Eccleſia vſquequaq; cõpleta eſt. Inde ad me curritur, vbi ſedebã iã proceſſurus: Irruit alter quiſq; poſt alterũ, õnis poſterior quaſi nouũ, quod alius prior dixerat, nũciãtes. Meq; gaudẽte, & apud me grati

as Deo a-

Deo agente, ingreditur etiam ipſe cum pluribus: inclinatur ad genua mea, erigitur ad oſculum meum. Procedimus ad populum: plena erat Eccleſia: perſonabat vocibus gaudiorum: Deo gratias, Deo laudes nemine tacente, hinc atque inde clamantium. Salutaui populum, & rurſus eadem feruentiore voce clamabant. Facto tandem ſilentio, Scripturarum diuinarum lecta ſunt ſolennia. Vbi autem ventum eſt, ad mei ſermonis locum, dixi pauca, pro tempore, & pro illius iocunditate lætitiæ. Magis enim eos in opere diuino, quandam Dei eloquentiam non audire ſed conſiderare permiſi. Nobiſcum homo prandit, & diligenter nobis omnem ſuæ & maternæ, fraternæque calamitatis indicauit hiſtoriam. Sequenti itaque die, poſt ſermonem redditum, narrationis eius libellum in craſtinum populo recitandum promiſi. Quod cum ex Dominico Paſcæ die tertio fieret in gradibus exedræ, in qua de ſuperiore loquebar loco, feci ſtare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus. Intuebatur populus vniuerſus, ſexus vtriuſque, vnum ſtantem ſine deformi motu: alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipſum non viderant, quid in eo diuinæ miſeri-

ſericordiæ factum eſſet, in eius ſorore cernebant. Videbant enim quid in eo gratulandum, quid pro illa eſſet orandum.

20. Inter hæc recitato eorum libello, de conſpectu populi abire eos præcepi: & de tota ipſa cauſa, diligentius aliquanto cœperam diſputare, cum ecce, me diſputante, voces aliæ de memoria Martyris nouæ gratulationis audiuntur. Conuerſi ſunt eò, qui me audiebant, cœperuntque concurrere: Illa enim vbi de gradibus deſcendit, in quibus ſteterat, ad Sanctum *(Nota)* Martyrem orare perrexerat. Quæ mox vt cancellos attigit, collapſa ſimiliter, velut ad ſomnum, ſana ſurrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit, vnde iſte ſtrepitus lætus extiterit, ingreſsi ſunt cum illa in Baſilicam vbi eramus, adducentes eam ſanam de Martyris loco. Tum verò tantus ab vtroque ſexu admirationis clamor exortus eſt, vt vox continuata cum lachrymis non videretur poſſe finiri. Perducta eſt ad eum locum vbi paulò ante ſteterat tremens. Exultabant eam ſimilem fratri factam, cui doluerant remanſiſſe diſsimilem. Et nōdum fuſas preces ſuas pro illa, iam tamē præuiam voluntatem tam citò exauditam eſſe cernebant. Exultabant in Dei

laudem voces ſine verbis tanto ſonitu, quantum aures noſtræ ferre vix poſſent. Quid erat in cordibus exultantium, niſi fides Chriſti, pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt?

Hactenus D. Auguſtinus. Et hic Capitis octaui finis eſt.

EPIPHONEMA ATQVE EPILOGVS EX D. CHRYſoſtomo. Tom. 3. Sermone in Iuuentium & Maximum Martyres.

Idcirco ſæpe eos. (*BB. Martyres ac Diuos cœlites*) inuiſamus, tumulos adornemus, MAGNAQVE FIDE RELIQVIAS EORVM CONTINGAMVS, VT INDE BENEDICTIONEM ALIQVAM ASSEQVAMVR. Etenim ſicut Milites, vulnera quæ in prælijs ſibi inflicta Regi monſtrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, QVAECVNQVE VOLVERINT, APVD REGEM COELORVM IMPETRARE POSSVNT. Proinde magna

gna fide promptitudineque (*Nota*) huc veniamus, quo & viſis ſanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmijs, inde varios theſauros vndiquaque colligamus: & per præſentem vitam ita iuxta voluntatem Dei tranſeamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. cui ſit gloria in ſæcula Amen.

FINIS.

Errata

Errata quædam ſic corriguntor.

Pagina 11. linea 3. lege, auditu. pag. 12 lin. 3. noſtra. pag. 13. lin. 20. poſt infirmum pone duo pũcta: pag. 14. lin. 25. Sic placitum. pag. 22. lin. 1. leg. nimis frigida. Ibidem lin. 26. in illos. pag. 24. lin. 22. quidam. pag. 25. lin. 2. poſt Sanctorum pone duo puncta: lin. 9. fiant, expunge, pag. 28. li. 23. ſanitate. pa. 31. lin. 13. Maximo pag. 32. lin. 17. plebeis tantum. li. 18. & magnatibus. pag. 34. li. vlt loca obire. pag. 37. lin. 9. ſeſe expunge. lin. 24. obſtringendum. lin. 25. Ideo quoque. pag. 39. lin. 25. reijci debet. pag. 42. lin. 14. Elizæi. lin. 19. tentus pag 44. lin 13. perſecutionum. pag. 46. lin. 3. confectæ. pag. 51. lin. 26. diſertè fatetur. pag. 57. lin. 14. cum à veris. pag. 61. lin. 13. ante Annos. pag. 70. lin. 12. idipſum ſedulò. pag. 75. lin. 26. tandem ſubijcit. pag. 79. lin. 24. erga illos pag 83. lin. 20. vel Eliæ. pag. 88. lin. 11. accedit. lin. 13. ſciſcitatur. lin. 15. erat. pag. 95. lin. vlt. indutus. pag. 96. lin. 23. accuſent. pag. 97. lin. 16. Paulus. pag. 98. lin. 5. confringatur pag. 102. lin. 23, Inueni. pag. 106. lin. 6. condamus. pag. 108. lin. vlt. prodeunt. pag. 111. lin. 1. quàm. pag. 123 lin. 16. perpendimus. pag. 132. lin. 26. quæſt. 14. & 15. pag. 134. lin. 12. indubiè. pag. 135. lin. 14. Serm. 91. pag 141. lin. 6. inexpiabilis. pag. 142. lin. 18. laconicôs. pag. 145. lin. 26. Tranſtulit Corpora. pag. 147. lin. 20. vindicanda. pag. 148. lin. 11. illos. lin. 24. adeo. pag. 170. cõceſſum eſt, fidelibus. pag. 172. lin. 17. tædeat. pag. 174. lin. 5. Deo.

4.006.h 53

221

222

YIVÉ

R. SALVAREZZA
TAURO
Sassina, 58
899.223 7 1972